virtutes serere ac vicia radicit⁹extirpare. Nul
li ergo oino ⁊c̄. Datū. Pontu.nr̄i Anno scđo.
¶ Joānes

¶ Joānes. xxij. declarat que dicatur atrox vel leuis iniuria.

Perlectis līis vestris circa absolutionez excōicatoꝝ vos i eis dubitare pspeximus q̄ esset modica aut leuis iniuria: circa quā sicut talis loqtur absoluendi vobis ptulimus ptātem. Ad qd cum sit facti potius q̄ iuris q̄stio vobis put possumus rn̄demus illam. vz. modicaz pcussionem: aut impulsioné: pugni: palme manus: pedis digiti: aut baculi lapidi vel que ad liuoré: mutilationé mēbri: fractioné dentis: depilationé capilloꝝ non modicam: vel effusioné sanguinis non excedit: nec si tā leuissimi ictus: aut pugni: pcussione sanguinis exiret trāsire in atrocé iniuriaz pstemur: vt pp hoc sit ab absolutione talium abstinédum: vt tñ nō solū ipm fcm: imo etiam facti qualitas pcutiendi modus: aut iniuriādi circa hoc diligentius attēdaf z ipsius facti circūstantia loci. vz. z etiam psone q̄ sit leuius vel modica grauis: aut enormis iniuria manifesti cognoscaf. Loci qdam vt in theatro vel in foro coram rege plato vel iudice in ecclesia coraz multis in alio loco publico alicui iniuria pferatur psone: veluti si magister vel iudex: aut etiaz magistratus: aut platus pr aut patruus: vl aliquis in dignitate vel personatu constitutus ab inferiori vel humili contra naturam iuris patiatur per hec qdem graues videanf iniurie: z que sint leues aut modice tanq̄ ex opposito cognoscantur. Sane q2 negocij natura non patitur vt ad plenum omnia desserantur: iudiciuz autem talis enormis iniurie vestro duxim arbitrio cōmittendum vt ptātem vestram cū ad hec pcesseritis tēperetis: vt citra metas hmōi potius q̄ vltra eas circa absolutionem talium procedaf: ne iniuriantes de vicina absolutione confisi de facili in atroces prumpant percussiones vel iniurias z snias canonis iam periculosius ptenentes in excōicationis snias pcliuius prolabanf. Tolerabilius est enim aliquos qui per vos etiā possunt absolui nobis vel supiori absoluédos relinquere: q̄ ptra statuta canonū imagine quadam absolutionis (qd non fit sine grādi periculo) quemq̄ relinquere inodatuz: cum vmbra quedaz videatur in opere: veritas autem non subeat in effectu zc.

¶ Greg. xj. pcedit frēs in pape capellanos assumptos in obia platoꝝ ordinis remanere.

Rodericus miseratiōe diuina eps Albanēsis sancte Romane ecclesie vice cancellarius vniuersis z singulis pñtes līas inspecturis Saluteꝫ in dn̄o. Quia rō exigit z eqtas psuadet veritati testimoniuz phiberet vniuersitati notum facimus z per psentes firmiter attestamur q iter certas pstitutiones p fe. re. Gregorij pape. xj. editas z factas: ac de eius mandato in certo libro cancellarie aplice descriptas z annotatas fuit z est: ac etiam reperitur quedam per eum facta pstitutio: cuius tenor de verbo ad verbum sequitur z est talis.

¶ Greg. eps seruus suoꝝ di ad ppetuam rei memoriā. Ad Romani pōtificis puidētiā circūspectā: sic sedis apostolice puilegia z idulta moderari ptinere dignoscif q ex eis mā malignādi nulli def ac psone q̄ sub religionis habitu vacare debēt a studio pie vite a bono obie z a pseuerātia diuini seruitij nullatenus retrahanf. Sane nup ad nr̄m relatio fide digna pduxit auditū: q nōnulli religiosi etiā mēdicātes q i capellanos sedis aplice se recipi pcurāt: ppea bonum obie z correctioné recusantes p mūdum: z vt plurimum sine supioꝝ suoꝝ lnia sepi euagādo discurrūt: z q̄nq̄ ad romanā curiā accedūt asserētes sine hmōi supioꝝ suoꝝ lnia se hoc facere posse. Nos igif in pmissis put ex debito tenemur pastoralis officij salubriter puidere cupientes aucte aplica tenore pñtiū statuim: volumus: z ēt ordinam: q oēs z singuli religiosi quorūcūq ordinū ēt mēdicātiū dicte sedis capellani q sunt z in antea erūt: pinde eoꝝ supioribus z correctioni ipsoꝝ in oibus z p oia sint subiecti: ac si pdicti capellani nō eēnt: nō obstātib exēptiōib z alijs qbuscūq puilegijs idulgentijs z gratijs z līis aplicis capellanis dicte sedis vel alias cōiter vel diuisim sub q̄cūq forma vel expressione verboꝝ a dicta sede concessis vel in posteꝝ pcedendis: etiā si de illis plena z expssa mētio ac de vbo ad verbū in psentibus sit hñda: q quo ad hec alicui in nullo volumus suffragari. Nulli ergo zc. nre pstitutionis volūtatis z ordinationis infringere zc. Datum Auinioni. v. Idus Noueb. Pon. nr̄i āno. ij.

¶ Nos igit̄ Rodericus ep̄s ꝛ vice cācellari⁹ p̄fatus ne de ꝯstitutione hm̄oi a quoq̄ꝫ ꝯtigat hesitari volētes veritati testimoniuꝫ ꝑhibere: ꝓut ex nr̄o nobis incūbit offō ad venerabiliū frm̄ mi. de obſuantia nūcupatoꝝ instātiā ꝯsti/ tutionē hm̄oi de ꝛ sup exēptiōe ordis ꝓ suoꝝ priuilegioꝝ tuitione ꝛ defensiōe asserētiū se idi gere de v̄bo ad verbū cū eodē libro p̄dicte can cellarie p senescalcū seu custodeꝫ auscultari ꝛ ꝑ cum subscribi fecim⁹: nr̄iq̄ꝫ maioris sigilli iussi mus appensione cōmuniri in fideꝫ robur ꝛ te/ stimoniū veritatis p̄missoꝝ oium ꝛ singuloꝝ. Datū Rome in cancellaria ap̄lica anno icarna tionis dn̄ice. 1474. Indictione. vij. die vero. x. mēsis May. Pontificatus sanctissimi dn̄i nr̄i dn̄i Sixti diuina ꝓuidētia pape q̄rti anno. iij.

¶ Greg. xj. renouat ꝛ auctenticat lr̄as Urba/ ni pape. v. qb⁹ districtius ihibet ne in receptio nibus frm̄ vel soroꝝ quorūcūq̄ꝫ ordinū ante vl̄ post occasione talis receptiōis fiant pastus prā dia seu cene vel ꝯuiuia: aut dent̄ pecunie tota/ lia: aut res alie ꝛc̄. ne taliū occasiōe paupes re/ trahant̄ ab ingressu: ꝛ vt symonie ꝑiculuꝫ eui/ tet̄: ꝛ hoc sub pena excōicatiōis late sn̄ie a qua tā dantes q̄ꝫ recipientes non pn̄t absolui nisi a Romano pōtifice nisi in mortis articulo. Ori ginalis est in ꝯuentu frm̄ Carthusien̄. parisius.



Regori⁹ ep̄s seru⁹ ser uoꝝ dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Tenorem quarūdā lr̄aꝝ felicis recor. Ur bani pape. v. p̄decessoris nr̄i i registro ipsi⁹ p̄decessoris nr̄i re perimus p̄sentib⁹ annotari fecim⁹ qui talis est.

¶ Urbanus ep̄s seru⁹ seruoꝝ dei. Ad ꝑpetuā rei memoriā. Ne in vinea dn̄i nr̄i lꝫ insufficien tib⁹ iniuncta custodie nascentes vepres ꝛ spine adeo ꝯualescāt q̄ speratā fructificationē ipsius valeant impedire diligen̄. nr̄e icūbit offō: vt il las extirpare radicit⁹ solerti studio ꝓcuremus. Sane multoꝝ fide dignoꝝ relatōe didicim⁹ q̄ in nōnullis ecclesijs mōasterijs p̄oratib⁹ ꝛ alijs locis religiosis tā viroꝝ q̄ꝫ mulieꝝ ordinū reli gionū ꝛ partiū diuersaꝝ illa detestabilis ꝛ a cō munib⁹ reprobata seruat̄ abusio: q̄ cum ꝑsone aliq̄ recipiunt̄ in eis ad obseruātiam regularē ꝑsone ipse circa sumptuosos pastus seu prādia capitulis ꝛ ꝯuētib⁹ ipsaꝝ ecclesiaꝝ monasterio/ rum prioratū ꝛ locoꝝ facere: aut pecunias vel iocalia seu res alias ipsis ecclesijs monasterijs prioratib⁹ ꝛ locis p̄sidentibus eis ex statuto vel ꝯsuetudine q̄ corruptela dicēda sunt potr⁹ tri/ buere dinoscunt̄ vel cōpellunt̄ ex qbus decori sancte ꝛ imaculate ecclesie detrahit̄. Et q̄ꝫpl̄es tā execratiōe hui⁹ criminis q̄ꝫ expēsaꝝ onere a sa cre religiōis ꝓposito retrahunt̄. Ipseq̄ꝫ ecclesie monasteria ꝛ loca famulātium deo ꝯsuetis nu/ meris remanēt distituta. Nos igit̄ huic morbo pestiferō cupientes ꝯgruam adhibere medelaꝫ ꝛ alijs penis in talia p̄sumētes inflictis in iure in suo robore duraturis penaꝫ adijcere grauio/ rē. Uniuersis ꝛ singulis abbatib⁹ prioribus de/ canis p̄positis ꝛ magistris Abbatissis ꝛ priori/ ssis alijsq̄ꝫ p̄latis quouis noie nūcupent̄: ꝛ earū officialib⁹ quarūcūq̄ꝫ ecclesiaꝝ monasteriorum prioratuū domoꝝ ꝛ locoꝝ quorūlꝫ ordinū ꝛ re ligionū ꝛ militarioꝝ exēptoꝝ q̄ꝫ non exēptoꝝ quocūq̄ꝫ noie censeant̄: ꝛ capitulis ꝛ ꝯuentib⁹ ac singularib⁹ eoꝝ ꝑsonis tam marib⁹ q̄ꝫ mulie ribus volentib⁹ ingredi eoꝝ religiōes ecclesias monasteria prioratus dom⁹ seu loca in eaꝝ ꝑso/ naꝝ receptiōe seu ante vel post illam q̄cūq̄ꝫ pa/ stus prādia siue cenas pecunias iocalia: aut res alias etiā ad ecclesiasticū seu quēuis piuni vsuꝫ aliū deputata seu deputāda decetero directe vl̄ indirecte petere seu exigere quoquo mō presu/ mant: sed eas cum oimoda puritate recipiant: ac in victu ꝛ vestitu sicut alias ꝑsonas suarum ecclesiaꝝ monasterioꝝ prioratuū domoꝝ ꝛ lo/ coꝝ sincera caritate ꝑtractent illa q̄ ꝑsone ille ingredientes plene ac sponte ꝛ plena liberalita te oiq̄ꝫ pactione cessante q̄cūq̄ꝫ dare vel offer/ re ecclesijs monasterijs prioratib⁹ domib⁹ ac lo cis hm̄oi voluerint cum grāꝝ actiōe dūtaxat. Nos. n. eos q secus egerint si singulares sint ꝑ/ sone tā dantes q̄ꝫ recipientes hm̄oi excōicatio nis sn̄ie: si vero capitula vel ꝯuent⁹ fuerint su/ spensionis sn̄ie eoipso decernimus subiacere: a qb⁹ p̄terq̄ꝫ in mortis articulo absolui neq̄ant absq̄ꝫ sedis ap̄lice lnia spāli. Ceteꝝ ꝑsonis illis vtriusq̄ꝫ sexus q iam labe hm̄oi sunt fedate ea/ rū ꝓuidētes saluti de benignitatis grā vberāti ꝯcedimus q̄ p suos locoꝝ diocesanos hac vice dūtaxat a crimie hm̄oi ꝛ nota infamie ide ꝯcta auc̄te ap̄lica absoluant̄: imposita prouide ipsis pn̄ia salutari: de qua ipsoꝝ discretioni videbit̄ expedire.

expedire. Et demũ cũ ipsis vt in eoꝝ ecclesijs: monasterijs: priorati᷒: digni tati᷒: ⁊ locis re/ manere valeant licite misericorditer dispensef. Insup erga psonas que in pmissis recipiendo aliqua ptra canonicas sanxiones peccauisse no scunt volentes nos reddere gratiosos oia rece pta hmoi ad cõem vsum monasterioꝛuꝫ seu lo/ coꝝ eoꝝ sunt applicata ea ad dictũ vsum licite ꝑcedim᷒ retineri. Si vo ad spalẽ vsum abbatis abbatisse: prioris: priorisse: aut alterius singula/ ris psone retineanf: illa venire ꝑcipimus in cõ muni. Nulli ergo ⁊c̃. Datuꝫ Rome apud san/ ctum Petrum secundo nonas aprilis. Ponti ficatus nostri anno septimo.

¶ Ceterum vt tenoꝛ earũdem lrarum hic in/ sertaꝝ oimodam rei seu facti certitudinem fa/ ciat aplica aucte decernim᷒: vt illis ideꝫ robur eamqꝫ vim eun déqꝫ vigorem dictus tenoꝛ per oia habeat qd vel quẽ haberent originales lre supradicte. Et eidem ꝑsus tenoꝛi eadeꝫ fides adhibeaf qñcũqꝫ ⁊ vbicũqꝫ in iudicio vel alibi fuerit exhibitus vel ostẽsus: ⁊ eidem stef firmi/ ter in oib᷒ sicut eisdẽ originalibus lris staretur si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omni/ no hoium liceat hanc paginã nostri decreti in/ fringere ⁊c̃. Datum Auinioñ. xij. kal. Marcij. Pontificatus nostri Anno secundo.

¶ Martinus. v. litteras Martini. iiij. de in/ stituendo ꝓcuratoꝛe vel syndico confirmat.



Martinus eps seruus seruoꝝ dei. Ad futurã rei memoriaꝫ. Ama biles fruct᷒ quos sacer ordo fra trũ minoꝝ velut pomeriũ qd daꝫ diuina manu ꝯsitũ in agro militãtis eccl̃ie in vbertate ꝑduxerit hacten᷒ ⁊ ꝑducit assidue: ac odoꝛẽ suauitatis in oẽꝫ ter rã ex fructuosis opib᷒ dicti ordis ꝓfessoꝝ ꝯti/ nue ꝑdeuntẽ in nr̃e ꝯsiderationis ituitũ spãlr inducẽtes: de statu pfati ordinis ꝓspere ꝯseruã do vt felicib᷒ semp successib᷒ augeaf solicite co gitare nos ꝯuenit: ⁊ ad ea paternis studijs intẽ dere per que ꝓfessores ipsi ab exteris ⁊ seculari bus curis releuati: in humilitatis spũ ⁊ ꝯtem/ platiõis suauitate sincerius ⁊ quietius possint altissimo famulari. Dudum siquidem. fe. Re. Martini pape quarti predecessoris nostri lit/ tere emanauerunt tenoꝛis subsequentis.

¶ Martinus eps seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs gñali ⁊ puincialib᷒ ministris ac custodib᷒ vniuersis ordinis frm̃ minoꝝ. Salutẽ ⁊ aplicã bñdictionem. Exultãtes in dño ꝙ sacri vestri ordinis professores in dei bñplacitis ꝯfirmati: promptitudinem deuotionis ⁊ opis illius stu/ dent imitari vestigia: eiusqꝫ vias sũmopere cu/ stodire qui descẽdens a pre luminũ ⁊ serui foꝛ/ mã accipiens se in laudis sacrificium placabilẽ hostiã imolauit: cogitare iudicam᷒ honesta re/ media qbus dicti ordis pura obseruãtia in sui vigore seruef: ideqꝫ frẽs qui pro nulla re tpali pñt in iudicio experiri: exclusis qbuscũqꝫ solli/ citudinib᷒ liberius ⁊ qetius diuinis vacẽt ob/ sequijs: ⁊ offerẽtium: donãtium: ꝯcedẽtiuꝫ: aut in vltima volũtate relinquentiũ ordini pdicto vel fratrib᷒ eiusdẽ ordis aliqd pp deum pia itẽ/ tio nõ fraudef: sic nos sollicitudis qua pdict᷒ ordo ꝓ suis necitatib᷒ quotiens ingrueret ne/ cessitas vl̃ vtilitas suaderet recurrẽ ad Roma/ nã ecclesiaꝫ cogeref: ad quã oium reꝝ mobiliũ ⁊ imobiliuꝫ qb᷒ frẽs vti pñt ius ꝓprietas ⁊ do/ minium nullo medio spectat pensata incõmo/ ditate vel difficultate potius q̃ per hoc ingeri posset frib᷒ supradictis benignius indulgentes volẽtes quoqꝫ heredũ ⁊ executoꝝ negligẽtijs obuiare: vt frẽs ſm modos licitos ⁊ congruos ipsi ordini relictis sibi in testamẽtis elemosynis non fraudenf: ac sperãtes ꝙ his q̃ pro statu ꝓ/ spero dicti ordinis agẽda fuerint p nos eo salu brius ⁊ vtilius ꝯsuletur quo maioꝛi fuerit in hac pte aucte muniti: discretioni vestre de qua plenã in dño fiduciam obtinem᷒ spãles psonas per vos taliter noiatas in his administrationẽ legittimã ⁊ gñalem ⁊ liberã gerere: ⁊ ipsos ve/ ros ⁊ legittimos administratores yconomos sin/ dicos ⁊ actores esse de plenitudine prãtis psen tium aucte ꝯstituendo decernim᷒: q res ipsas ⁊ reꝝ pdictaꝝ pciũ ⁊ pdictas elemosynas noie dicte ecclesie recipiãt p eosdẽ in frm̃ ipsoꝝ vti/ litates put eis lꝫ ex regula vel declaratione re/ gule ꝯuertenda: sicut ⁊ qñ a te fili gñalis ⁊ sin/ gulis alijs vestrũ in prouincia vel custodia sibi decreta vel ab eisdẽ frib᷒ de assensu vestro exti/ terint requisiti. Ac eedem psone petẽdi: exigẽ/ di: recipiẽdi: alienãdi: pdicta transigendi quo/ qꝫ ⁊ paciscẽdi: ꝯueniendi: cõpromittẽdi: remit tendi: refutãdi: qtationẽ faciendi: agẽdi: defen/

dendi:ac in aias eoꝝ de calũnia ꝛ veritate dicẽ
da iurãdi:ꝛ cuiuſ3 alteriꝰ gñis iuramẽtũ p̄e
ſtandi cũ illis ꝛ ꝯtra illos q hmõi res mobiles
ꝛ imobiles ac p̄cium eaꝝ vel relictas elemoſy/
nas fr̄ibꝰ in teſtamẽtis occuparẽt vel violenter
auferrent:ſiue ꝯtra volũtatẽ frm̃ q̃uolȝ detine/
rẽt:ꝛ gñalr̄ in oibꝰ cauſis pro rebꝰ ꝛ locis hmõi
ad ipſam ecclẽiã ſpectãtibꝰ ipſoꝝ frm̃ vſui con
ceſſis:necnõ p̄o imunitatibꝰ libertatibꝰ ꝛ iuri-
bus ac p̄uilegijs ꝛ ĩdulgẽtijs eorũdẽ ſine cuiuſ
libet ſatiſdatõis ꝛ cautionis onere plenã gñalẽ
ꝛ liberã hẽant auc̃te aplica in iudicio ꝛ ex iudi
cium p̄tãtẽ. Reuocãdi quoq3 pſonas eaſdem ꝛ
eaꝝ quãlibet:ac alias ſubrogãdi vel noiandi p
ſupradictũ modũ noiationis quotiens opoꝛtu
nũ fuerit:q eandeȝ in p̄dictis vel ſilẽm hẽant
p̄tãtem plenã ꝛ liberã ꝓcedimꝰ auc̃te p̄ñtiuȝ fa
cultatẽ. Nulli ergo oino holuȝ liceat hãc pagi/
nã nr̄e ꝯceſſionis ꝛ ꝯſtitutionis infringere:vł
ei auſu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽtare
p̄ſumpſerit:indignatiõeȝ oipotentis dei ꝛ bea/
toꝝ Petri ꝛ Pauli apoſtoloꝝ eius ſe nouerit
incurſuꝝ. Datũ apud Urbeȝ veterem.xv.kal.
Februarij. Pontificatus noſtri Anno ſecũdo.

❡ Cum aũt ſicut exhibita nobis nup p̄o p̄te
miniſtroꝝ:cuſtodũ ꝛ frm̃ p̄dictoꝝ petitio ꝯti/
nebat:lȝ ipſi ex lr̄is ꝛ ꝯceſſione p̄fatis magnuȝ
cõmodũ quo purã in ipſo oꝛdine obſeruãtiam
tenere:ꝛ qetius diuinis officijs:ac ꝯtẽplationi
vacare valerẽt ſe ꝯſequi repoꝛtareq3 poſſe p̄ſpi
ciant:ipſi tñ p̄e memoꝛie Joãnis pape.xxij.et
p̄edeceſſoꝛis nr̄i ꝯſtitutiõe que icipit. Ad ꝯdi/
toꝛẽ:p quã miſtris ꝛ cuſtodibꝰ ꝛ fribꝰ p̄edictis:
ne lr̄is ꝛ ꝯceſſione p̄fatis ſine aplice ſedis ſp̄ali
lnĩa vtanf inter cetera ꝓhibef obſtãte ſe lr̄is ꝛ
ꝯceſſiõe p̄dictis ſine ꝯſciaruȝ ſuaꝝ ſcrupulo li/
cite vti nõ poſſe foꝛmidãt lnĩa hmõi deſup nõ
obtenta:p̄o p̄te miniſtroꝝ:cuſtodũ:ꝛ frm̃ p̄e
dictoꝝ nobis fuit humilr̄ ſupplicatum vt ſup
his eis ꝛ eoꝝ ſtatui ꝛ cõmoditatibꝰ p̄inalr̄ ꝓui
dẽ d benignitate aplica dignaremur. Nos igif
ex p̄miſſis ꝛ certis alijs cauſis aium nr̃m mo/
uentibꝰ hmõi ſupplicationibꝰ ĩclinati volumꝰ:
ꝛ auc̃te aplica tenoꝛe p̄ñtiũ miniſtris cuſtodibꝰ
fribꝰ p̄dictis ꝯcedimꝰ q ipſi ꝛ eoꝝ ſinguli lr̄is
p̄dictis:ac oibꝰ in eis ꝯtentis libere ꝛ licite vti
valeant:tãdiu ꝛ quouſq3 per ſedẽ p̄dictã aliud
in p̄miſſis eidẽ oꝛdini vtilius fuerit oꝛdinatuȝ.

Nõ obſtantibꝰ p̄miſſis ꝛ alijs qbuſuis aplicis
ꝯſtitutionibꝰ ceteriſq3 ꝯrijs qbuſcũq3. Nulli er
go oino hoium liceat hanc paginã nr̄e ꝯceſſio
nis ꝛ voluntatis infringere:vel ei auſu temera
rio ꝛc. Datũ Rome apud ſcõs aploſ.kal. No/
uẽbꝛis. Pontificatus noſtri Anno.xj.

❡ Eugenius.iiij.lr̄as Martini.iiij.ꝛ.v.de p̄/
curatoꝛe ꝛ ſyndico inſtituendo ſua bulla iſerit.



Eugenius epõ ꝛc. Ad ꝑpetuã rei memoꝛiã ꝓuiſionis nr̄e oȝ ꝓue
nire ſubſidio vt ius ſuũ cuilibȝ
cõſeruef. Hinc eſt q nos q̃run/
dã fe. Re. Martini.v.p̄deceſ/
ſoꝛis nr̄i lr̄aꝝ in qbꝰ nonnulle lr̄e pie memoꝛie
Martini pape.iiij.etiã p̄deceſſoꝛis nr̄i inſerte
noſcunf tenoꝛẽ in regiſtro ipſiꝰ Martini pape
v.p̄deceſſoꝛis repꝑtuȝ ꝓ eo q ſicut exhibita no/
bis nup ꝓ p̄te dilectoꝝ filioꝝ gñalis ꝛ ꝓuincia
liũ miniſtroꝝ ac cuſtodũ oꝛdis frm̃ minoꝝ pe/
titio continebat:ipſi hmõi tenoꝛe certis cauſis
indigere noſcunf:de regiſtro ipſo de verbo ad
verbum trãſcribi ꝛ ad eoꝝ ſupplicatiõis inſtã/
tiam p̄ñtibus annotari fecimus:qui talis eſt.

Martinus epõ ſeruꝰ ſuoꝝ dei. Ad futuraȝ rei memoꝛiam.
Amabiles fructꝰ quos ſacer oꝛdo ꝛc. ꝓut ſupꝛa
ꝓximo hi vſq3 in finẽ. ❡ Ceterũ cũ eaꝝ lr̄arũ
tenoꝛ p̄dictꝰ ſit inſertꝰ oimodã rei ſeu facti cer/
titudinẽ faciat aplica auc̃te decernimꝰ:vt illõ
idem robur vim ac eundẽ vigoꝛẽ dictꝰ tenoꝛ p
oia hẽat que hñt oꝛiginales lr̄e ſupꝛadicte:ac
eadẽ p̄ſus ipſi tenoꝛi fides adhibeaf quõcũq3
ꝛ vbicũq3 in iudicio vel alibi vbi fuerit exhibi
tus vel oſtẽſus:ac eidẽ ſtef firmiter in oibꝰ ſicut
eiſdẽ oꝛiginalibꝰ lr̄is ſtaref ſi foꝛent exhibite vł
oſtẽſe. Per hoc aũt nullũ ius p̄fatis gñali ꝛ ꝓ/
uincialibꝰ miniſtris ac cuſtodibꝰ vel fribꝰ de no/
uo acqri volumus:ſȝ antiquũ ſi qđ hñt tm̃mõ
ꝯſeruari. Nulli ergo oino hoium liceat hãc pa
ginã noſtre ꝯſtitutionis ꝛ voluntatis infringe
re:vł ei auſu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc at/
tentare p̄ſumpſerit:indignationem oipotentis
dei ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli aploꝝ eius ſe no/
uerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctũ
Petrum Anno icarnatiõis dñi.M.cccc.xxxij.
Jdibꝰ Februarij. Pontificatus nr̄i anno ſcđo.

❡ Alex.iiij.ꝯcedit executoꝛiaȝ reꝝ in p̄ſenti
bulla

bulla ptentaꝝ ⁊ reuocataꝝ cōtra molestatores fratrum plura ad ordinis cōmendationem ⁊ libertatem exprimendo.

Alexander eps ⁊c. Venerabilib⁹ frib⁹ spoletano ⁊ Assisineñ. epis. Sa. ⁊ apo. bñ. Quedaꝫ ab aplica sede tpe felicis recordatōis Inno. pape pdecessoris nrī lrē pcesserūt in qbus ipse vniuersis religiosis cuiuscūqꝫ pfessiōis vel ordinis existerēt districte in virtute obediētie iniungebat: vt parochianos alienos dieb⁹ dñicis ⁊ festiuis nō reciperēt tn suis ecclesijs seu oratorijs temere ad diuina nec ipsos vllatenus ad pniam admitterent sine suoꝝ lnia sacerdotuꝫ: nec eis in suis pdicent ecclesijs añ missaꝝ solēnia: pro qb⁹ audiēdis pma dici parte ijdē parochiani pueuerūt ⁊ debent in suis ecclesijs pue nire: neqꝫ sermōes ēt solēnes facerēt illa hora: sꝫ neqꝫ ad pdicandū solēniter ad parochias alienas accederēt: nisi eēnt ab eoꝝ sacerdotib⁹ inuitati: vel saltē nisi se ad id humilr peterēt ⁊ obtinerēt admitti: nec ea die qua diocesan⁹ epe vel ali⁹ loco ei⁹ pdicaret solēniter maxie in ecclesia cathedrali aliqs ipsoꝝ in eadē ciuitate vel loco psumeret pdicare: si vo in casu licito parochianū alteri⁹ eos in suis ecclesijs recipe ad sepulturā ptingeret: oiuꝫ q̄ obtētu pseqnt hmōi sepulture portionē: canonicā ēt nō reqsiti infra octo dies a tpe receptiōis eoꝝ: epo vel sacerdoti de cui⁹ parochia mortu⁹ eēt assumpt⁹ exhibere curarēt. Si aūt aliqs religiosoꝝ hmōi pcepti trāsgressor: ptra pdicta vl aliqd pdictoꝝ venire psumeret: pter inobedientie viciū ⁊ excōicatiōis sniam quā euꝫ incurrere voluit ipso facto: grauius sui pculo subiaceret. Et nihilominꝰa diocesano ad pmissa vniuersa ⁊ singula obsuāda p cēsurā ecclasticā appellatiōe postposita districti⁹ cogeref: nullis eis ꝯ hꝰ indulgētijs vel puilegijs aplicis valituris: verū qꝛ sup pmissis lrīs cogitare attēti⁹ ac studiosius dliberare pponim⁹: pacis cōmodū ⁊ qetis solatiū ecclijs ⁊ psonis eccliasticis potissime cupiētes: pfatas lrās ⁊ si q̄ alie sup pdictis vel eoꝝ aliquo ptra prefatos religiosos vel aliquos ex ipsis gnālr vl spāliter pter formā cōem ⁊ solitā pcessere: ac mandata seu pcepta facta in eis vel eaꝝ auc̄te duximus penit⁹ reuocanda. Venerabilib⁹ frib⁹ nrīs vniuersis archiepis: epis ⁊ dilectis filijs: abbatibus: priorib⁹: diaconis: archidiaconis: archipsbyteris: ⁊ alijs ecclesiaꝝ platis: ⁊ ceteris psonis ecclesiasticis tam secularib⁹ q̄ꝫ regularibus cuiuscūqꝫ ordinis vel pfessionis existerent: nostris dātes lrīs in mādatis vt p hmōi lrās vel occasiōe mandatoꝝ seu pceptoꝝ aut snie q̄ ptinent: nihil prorsus agerēt: cū nullā extūc hiēnt efficaciam vel vigorē. Sꝫ sicut itē lleximus nōnulli epi ⁊ alij plati ducatus spoletani ⁊ pilonī deliberatiōe nrā sup pmissis lrīs nullaten⁹ expectata dilectis filijs frib⁹ ordinis minoꝝ post hmōi reuocationem nrām inhibere gnālr vel spāliter psumpserūt: ne in locis sue iurisditōis pdicent nisi lniam ab eis sup hoc habuerit spē cialē: ⁊ hi qb⁹ hmōi pcessa fuerit lnia: testimonialib⁹ lrīs de hoc ostēdant se munitos: excōicationis cōminātes se laturos sniam tā in pdicantes q̄ꝫ in audientes: si secus extiterit attentatū. Volunt ēt q illi qb⁹ predicandi pceduut lniam: de hmōi cominatione snie frequēter in suis pdicationib⁹ faciant mentionē. Inhibent quoqꝫ parochianis suis: pdictis fribus sua confiteri pctā ne hac occasione ad ipsos accedere: ⁊ fratrib⁹ ne aliquos in suis ecclesijs recipe ad diuina psumant. Quidā insup parochiales sacerdotes eundē modū circa pdictos frēs: non sine multoꝝ scandalo pperam obseruare nituntur. Alias quoqꝫ in talib⁹ idem platt ⁊ sacerdotes eosdeꝫ frēs grauare ac molestare nō cessant in aiarum suaꝝ periculuꝫ ipsoꝝ friū iniuriam ac scādalum plurimoꝝ. Cum igif memoratuꝫ ordinē pro eo maxime q fuit nobis in minori tunc officio cōstitutis ab aplica sede cōmissus caritate pcipua diligam⁹: ⁊ fratres eiusdem ordinis tanq̄ꝫ pdilectos ⁊ singulares filios intra mentis vbera carius amplexamur: ydeqꝫ fratres firmarint in nos vtpote in spālem ptem toti⁹ reuerentie ac deuotiōis affectus pp qd cōstanter in aio gerimus ipsos ⁊ eundē ordinem aplice beniuolentie affluentia confouere: eisqꝫ continue adesse presidijs oportunis. Nos pati nolentes q aliquid attentef in ipsoꝝ fratrum piudicium ⁊ grauamen: hmōi inhibitiōes per pdictos prelatos ⁊ sacerdotes seu p quoscunqꝫ alios factas: necnō ordinatiōes q̄slibet ⁊ quoscūqꝫ pcessus ptra fratres ipsos ⁊ eoꝝ ordinem post pdictā reuocatiōem nrāꝫ habitos: aucto

ritate ap̄lica duximus reuocādos: ac reducentes p̄dictos fr̄es in eum statū in quo p̄ius q̄ p̄dicte ipsius p̄decessoris manarēt l̄re fuisse noscunt: decernun⁹ irritum ꝛ inane quicq̄d per quēcūq̄ in ipsoꝝ p̄iudiciū hacten⁹ extitit vel extiterit decetero: anteq̄ sup p̄dictis declaraue rimus l̄ris attentatū. Ideo fraternitati vestre p ap̄lica scripta mandam⁹: quaten⁹ p̄missa oia in locis in qb⁹ expedire videritis solēniter p vos vel per alios denūciare curetis: nō pmittentes p̄dictos fr̄es eorūq̄ ordinem ꝯtra hmōi reuocationē ꝛ ꝯstitutionem nr̄am ab aliq̄bus molestari: molestatores ꝛ ꝯdictores hmōi per censurā ecclesiasticā appellatione postposita cōpescēdo: nō obstāte ꝯstitutione de duabus dietis edita in ꝯcilio ḡnali: q̄ si nō ambo his exequēdis poteritis interesse alter vestrum ea nihilominus exequat. Datū Lateran. ij. Idus septēbris. Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Alexander. iiij. q̄ fratres transferentes se de vno loco ad alium possint secum transferre materiam edificioꝝ locoꝝ que dimittunt ꝛ libros Calices ꝛ paramenta ꝛc. exceptis ecclesijs.

a **Lexander** ep̄s seru⁹ seruorum dei. G̃nali ministro ꝛ ꝓuincialibus custodibus ꝛ guardianis: necnō vniuersis frib⁹ de ordine fratrū minoꝝ. Salutē ꝛ ap̄licā b̄ndictionem. Ex p̄te vestra fuit ꝓpositū corā nobis q̄ nōnulli archiep̄i ꝛ ep̄i ꝛ alij ecclesiaꝝ p̄lati cū fr̄es vestri ordis de locis suis ad alia loca eis ꝛ ꝓpsi ordini pia sedis ap̄lice vel alioꝝ xp̄i fideliū liberalitate ꝯcessa trāsferri ꝯtigerit: priora loca violenter occupāt: ꝛ tam ea q̄ libros calices ꝛ paramēta sibi vendicare p̄sumant in aiaꝝ suaꝝ dispendiū dicti ordis p̄iudiciū ꝛ scandalū plurimoꝝ. Nos igitur sup his p̄na sollicitudine ꝓuidere volētes: vt liceat eisdē frib⁹ cū de priorib⁹ locis ad alia loca se trāsferūt: tā edificia seu oēm edificioꝝ mām locoꝝ q̄ dimittunt: exceptis dūtaxat ecclesijs q̄ libros: calices ꝛ paramēta p̄dicta ad alia loca trāsferre: ac edificia ipsa cū solo ꝛ alijs ad eadē loca ptinentib⁹ p̄ter ecclesiā: per ꝓcuratores a vobis filijs ministris ad h̄ deputatos vēdere: ipsorūq̄ p̄ciū in alioꝝ locoꝝ ad q̄ dicti fr̄es se trāsferunt edificationē seu alia in eoꝝ vtilitatē ꝯuertere. Cum ipsa priora loca ꝛ alia loca frm̄ ad nos ꝛ apostolicā sedē spāliter ptinere noscant: p̄sentium auc̄te indulgemus districtius inhibētes ne aliq̄s p̄dictoꝝ p̄latorum seu q̄uis alia p̄sona ecclesiastica vel secularis p̄dicta bona seu loca occupare: accipere seu vsurpare: aut quocūq̄ mō sibi vendicare p̄sumant absq̄ lnia sedis ap̄lice sp̄ali: decernēdo irritum ꝛ inane quicq̄d ꝯtra hmōi ꝯcessionem ꝛ inhibitionē nr̄am per quoscūq̄ fuerit attentatum. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginam nostre ꝯcessionis ꝛ inhibitionis infringere: vel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attentare p̄sumpserit: indignatiōem oipotentis dei ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli apl'oꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datū Ananie. xij. kal. Nouembris. Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Alexan. iiij. confirmat p̄uilegia ordinis.

a **Lexander** ep̄s seruus seruorū dei. Generali ministro ꝛ vniuersis fratrib⁹ ordinis frm̄ minoꝝ. Salutē ꝛ ap̄licam b̄nd. Quia ordinē vr̄m sp̄ali affectione fouem⁹: ꝛ fauoris prorogatiua ꝓseq̄mur: eo maiorem circa vos curam gerimus: quo sinceriori vos in dn̄o complectimur caritate: tantoq̄ magis menti nr̄e de vobis sollicitudo suggerit: quāto p̄cipua dilectio quā ad ordinem ip̄m hēmus pro vobis fortius interpellat. Cū igitur sicut ex parte vestra fuit ꝓpositum corā nobis felicis recordatiōis Gregorius romanus pontifex predecessor noster nōnulla p̄uilegia ꝛ q̄sdam l̄ras ꝛ indulgētias vobis ꝛ ordini vestro cōcesserit gratiose. Nos vestris supplicationib⁹ inclinati: p̄uilegia: id ul gentias ꝛ l̄ras hmōi vobis ꝛ eidē ordini auc̄te apostolica cōfirmantes: p̄sentium vobis auc̄te ꝯcedimus: vt illis vti libere valeatis. Nulli ergo omnino hoium liceat hanc paginā nostre ꝯcessionis ifringere: vel ei ausu temerario ꝯire. Si quis aūt hoc attentare p̄sumpserit: idignationē oipotentis dei ꝛ beatoꝝ Petri ꝛ Pauli apostoloꝝ eius se nouerit icursuꝝ. Datū Neapoli pridie kal. Maij. Pōtificat⁹ nr̄i Anno. j.

¶ Nico. iiij. q̄ si ꝯtingat loca in qb⁹ habitant fratres ecclesiastico supponi interdicto cū clausula: ꝛ nō obstātibus p̄uilegijs qbuscūq̄ religiosis ꝯcessis ꝛ omnia sacramenta in eis prohiberi. q̄ fratres possunt diuina celebrare ꝛ recipere sacramēta clausis ianuis ꝛc. Orig. est Parisi. Merb. ꝛ Brugis.

Nicolaus


Icolaus eps seruus seruorum dei. Dilectis filijs ministro et fratribus ordinis minor. Sa. et apo. bndictionem. Meritis vestre religionis inducimur: vt petitionibus vestris in his que aiarum salutem ptinent: fauorabiliter annuamus. Sane petitio vestra nobis exhibita ptinebat q ptingit interdum ciuitates et alia loca in quibus habitatis supponi ecclesiastico iterdicto: et nō obstātibus aliquibus priuilegijs seu idulgentijs quibuscūqs religiosis ab aplica sede pcessis (exceptis baptismate paruulorum et penitentijs morientium) oia in eis ecclesiastica sacramēta phiberi: ppter qd sine psciarum vestrarum dispendio pfiteri pctā et ab ipsis absolui: ac diuina celebrare officia interdicto durante hmōi nō potestis: nec etiā eucharistie ac vnctōis extreme in mortis articulo recipe sacra: sup quo p sedē aplicam petiuistis humiliter vobis de salutari remedio puideri. Nos itaqs vestris supplicationibus inclinati: vt tpe talis interdicti vestra confiteri pctā et ab ipsis absolui: ac simul legere diuinū offim missas celebrare ianuis clausis: nō pulsatis cāpanis voce submissa: excōicatis et interdictis ac oibus psonis que non sunt de ordine vestro exclusis: necnō tpibus psuetis iuxta morem vestri ordinis sacre cōionis et vnctionis extreme sacra recipe: phibitione hmōi seu aliquibus lris sup hoc a sede pdicta ipetrandis que de ordine predicto et hac indulgētia spālē nō fecerint mentiōem nequaqs obstātibus valeatis: vobis auctoritate psentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre etc. Datū Reate octauo kal. septembris. Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Innocētius.iiij. q fratres in terris excōicatorum possint celebrare ianuis clausis. Habet sub plumbo Parisi. Meth. et brugis.

Innocentius eps seruus seruor dei. Dilectis filijs gñali et puincialibus ministris ceterisqs fribus ordinis frm minor. Salutem et aplicam bñdictionem. Eis qui sanandis aiarum morbis verbo medentes et ope solerter inuigilant libenter illa de spāli grā indulgemus: per que diuinis suffulti psidijs tutius et vtilius valeant hominum salutem pcurare: hinc est q vestris deuotis supplicationibus inclinati: psentium vobis auctoritate concedimus: vt cum ad loca interdicto supposita: vos venire ptigerit: possitis in eis excōicatis et interdictis exclusis ianuis clausis submissa voce et nō pulsatis campanis diuina officia celebrare: nisi id vobis fuerit spāliter interdictū. Nulli ergo omnino hoium liceat hāc paginā nostri idulti aut pcessionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si qs aūt hoc attētare psumpserit: indignatiōem oipotentis dei et beator Petri et Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni idibus Januarij. Pontificatus nostri Anno tertio.

¶ Bñdictus.xj. pcedit exemptionē copiosam ordinarior vt Bonifaci.viij. et Nicolaus.iiij.


Enedictus eps etc. Dilectis filijs gñali et prouincialibus ac vniuersis fribus ordinis fratrū mi. Sa. et apo. bñd. Inter ceteros ordines quos celestis agricole sūma benignitas in orto plantauit ecclesie fratrum minor ordinem iam per orbis puinctias superna gratia propagante diffusum: dum minori fūgeremur officio sincera caritate dileximus: ad statum eius feliciter pmouendum sollicitis studijs intendētes: nec minuit vtiqz sed auxit potius circa ipm phabite dilectionis affectū psone nre subsecuta pmotio ad apicem aplice dignitatis: cum tāto ppensius ad ipsius ordinis intendamus augmētum: qzto nobis facultas psantior qzqz nris nō exigētibus meritis noscit celitus attributa. Licet igit nonnulli romani pontifices pdecessores nri pfatū ordinem a platorum iurisditiōe quorūlibet prorsus exemerint: ipmqz fore decreuerint per ipsor litteras spāles exeptum. Nos tū ordinem ipm ob salutis fructus innumeros qui ex ipo nosciunt aiabus fideliū puenire gerentes in visceribus caritatis. Et ppterea nolentes oino vt quisqz cuiuscūqz sit ordinis: dignitatis: pditiōis: aut status vos generaliter vel specialr ac psatum ordinem sup exemptiōem ipsius ac alijs vestris dicti ordinis libertatibus et imunitatibus quibuscūqz sub quauis forma vel expssione verborum vobis et eidem ordini ab apostolica sede concessis impugnare: impedire: ac turbare valeat: vl

quolibet molestare: vos ꝛ ordinem ipm ab omnium ꝛ singulorum quorumlibet platorum ꝛ psonarum ecclesiasticarum oimoda ptãte ac iurisditiõe prorsus eximim' de aplice plenitudie ptãtis: ita q nec ét rõne dilecti cõmissi vl' initi pct': aut rei site posite vel exñtis pro loca vra excepta possitis corã eis. Nõ obstãte pstitutiõe felicis recordatiõis Innocētij pape. iiij. pdecessoris nri i pciũ edita ipeti molestare seu quoslz puenire decernentes vos ꝛ ordinē ipm imediate idez sedi ac soli tm̃mõ Romano põtifici subiacere. Ecclesias insuper oratoria domos ac loca q tenetis ꝛ inhabitatis ad presens: ac tenebitis ꝛ inhabitabitis in futurum dum ꝛ quotiens vos illa tenere ꝛ inhabitare contigerit excepta prorsus existere nulloqz medio sedi subesse decernimus presidibate. Nulli ergo oino hominum liceat hãc paginã nre exceptiois decreti derogationis ꝛ cõstitutionis infrigere: vel ei ausu temerario contraire. Si qs autem hoc attentare psumpserit: indignationez oipotentis dei ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursurum. Datuz Rome apud sanctũ Petruz. iiij. nonas aprilis Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Nico. iiij. pcedit monialib' sancte Clare ne tenerent ad exhibēdas pcurationes ꝛc. Legatis vel quibuscũqz personis.



Icolaus eps seru' seruorum dei. Dilectis in xpo filiabus vniuersis abbatissis ꝛ pventib' inclusarũ monasteriorum ordinis scẽ Clare. Salutẽ ꝛ aplicam bñdictõem. Quanto studiosius deuota mēte ꝛ humili ptẽplationis aio diuinis vacatis obsequijs: tãto libentius vestre pacis pcuramus cõmodũ ꝛ qetis. Attēdētes igit q lz plurima monasteria vestri ordinis varias possessiones obtineant: idez tñ ordo in paupertate fundatur vosqz volũtarie paupes xpo pauperi deseruitis. Vestris supplicationib' iclinati vt vos seu vestrarum alique ad exhibēdũ pcurationes aliqs legatis vel nũcijs aplice sedis siue ad pstandũ subuentionẽ quãcũqz: vel ad ptribuendum in exactioib' vel collectis seu subsidijs aliqb' p dicte sedis seu legatorum aut nunciorum ipsorum seu rectorum quascũqz impetratas vel impetrãdas etiã minime teneamini nec ad id cogi possitis etiaz si in hmõi sedis eiusdez ptineatur lrĩs: q ad queuis excepta vel non excepta loca ꝛ monasteria se extendãt: ꝛ aliqua eis cuiuscũqz tenoris existat ipsius sedis indulgētia pcessa nisi forsan lre ipse dicte sedis de idulto hmõi ꝛ de ordine vestro ac noie Cardinalis: cui gubernatio: ptectio: ꝛ correctio fratrum minorum: ac etiaz cura monasteriorum abbatissarum monialiũ scẽ Clare ordini psentium ꝛ futurorum pro tpe cõmisse fuerint: plenã ꝛ expssaz fecerint mentionē aucte vobis psentium idulgemus. Nos. n. decernim' irritas ꝛ inanes interdicti suspensionis aut excõicationis snias si quas in vos vel in aliquã vestrũ aut aliqd monasteriorum vestrorum seu quoscũqz alios vri occasione pmissorum ptextu ptra hmõi pcessiõis nre tenorem per quecũqz decetero ptigerit pmulgari. Nulli ergo oino hoium liceat hãc paginã nri indulti aut pcessiõis infringere: vel ei ausu temerario pire. Si qs aũt hoc attentare psumpserit indignationē oipotentis dei ꝛ beatorum Petri ꝛ Pauli aplorum ei' se nouerit icursurum. Datuz Apud vrbem veterem. xv. kal. Februarij. Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Nico. iiij. phibet diuisionem puinciarum absqz sedis apostolice licentia fieri.

n Icolaus eps seruus seruorum dei. Dilectis filijs generali ꝛ puincialibus ministris ac vniuersis fratrib' ordi. mi. Sa. ꝛ apo. bñ. Quia puinciarum ordinis vestri distinctio in gñali caplo pridem dum adhuc felicis recordationis Gregorius papa. ix. pdecessor nr viueret celebrato: sua in caplo ipso pdecessore pfato exhibente psentia facta fuit: lz postmodũ fuerit duarum puinciarum diuisio subsecuta. Nos volētes vt pdicta distinctio solēniter edita siue facta: ꝛ etiã pfata postmodũ subsecuta diuisio robur obtineat ppetue firmitatis. aplica aucte statuimus ordinamus ꝛ districtius inhibemus: ne decetero aliarum puinciarum pdictarum alia distinctio seu diuisio vel nouarum puinciarum multiplicatio absqz pontificis Romani psentia ꝛ ipsius lrã spãliter per eius patentes lrãs cõcedenda facientes plenam ꝛ expssam de hmõi statuto ordinatiõe ac inhibitione necnõ dilecti filij nri. M. sancte Marie i portu diaconi Cardinalis: cui gubernatio: ptectio: ꝛ correctio fratrum vestri ordinis p sedem aplicaz sunt cõmisse: vel eius cui eas cõmitti

mitti

mitti ptigerit in futuꝝ quolibet psumat. Nos enim nihilominus irritū decernimus ꝛ inane:si secus in hac parte ptigerit attentari. Nulli ergo oino hoium liceat hanc paginā nr̄i decreti ordinationis inhibitionis ꝛ pstitutionis ifringere:vel ei ausu temerario pire. Si qs aūt hoc attētare psumpserit indignationem oipotētis dei ꝛ btōꝝ Petri ꝛ Pauli aplōꝝ eius se nouerit incursurū. Datum Reate.iiij. Idus Maij. Pontificatus nostri Anno primo.

¶ Nico.iiij.pcepit exemptionem totalē ordini minoꝝ:ipm imediate sedi aplice submittēdo. Habet sub auctētico in puentu Rothomagēsi ꝛ alibi:sed originale habet sub plumbo in conuentibus Parisiensi ꝛ Methensi.

Nicolaus epūs ꝛc. Dilectis filijs gnāli ꝛ prouincialib' ministris ac vniuersis frib' ordinis frm̄ mi. Sa.ꝛ apo.bñdi. Quia nōnulli qui hesitare se asserunt vbi nō est aliqtenus hesitādum nō sine malignitatis astutia in dubiuȝ reuocare conant:vtrū vos ꝛ ordo vester exēptionis puilegio gaudeatis:ꝛ an iuris ꝛ ppꝛietatis beati Petri:ac etiaȝ a cuiusuis alterius a iurisditione prorsus exēpti:ꝛ taȝ in spūalib' qȝ tpalib' quoꝝ vobis vsum hic lȝ imediate subiecti sedi aplice existatis qȝcūqȝ vobis ꝛ eidē ordini p diuersos pdecessores nr̄os Romanos pōtifices sup his plene sicut asseritur sit puisum. Nos vr̄e ac eiusdē ordis puidere geti pine sollicitudinis studio intēdentes sicqȝ volētes sup hoc oēm dubitationis ambiguitatis ꝛ querele mām funditus amputare:ne qs vos ꝛ eundeȝ ordinē sup exemptione hmōi:ac alijs vestris ꝛ ipsius ordinis libertatib' ꝛ imunitatib' qbuscūqȝ vobis ꝛ ei ab aplica sede pcessis impugnare valeat vel quolibet molestare:vos ꝛ ordineȝ ipm a cuiusuis alteri' iurisditiōe oimoda prorsus eximim' de gra spāli decernētes vos ꝛ eundeȝ ordinē imediate sedi subiacere pdicte. Ecclesias vero ꝛ oratoria:domos:loca:libros:vtēsilia:ꝛ alia mobilia ꝛ imobilia quoꝝ vsuȝ habetis ex licito cū ceteris quocūqȝ mō ptinentib' ad pdicta:ꝛ aliqd pdictoꝝ in ius ꝛ ppꝛietateȝ beati Petri aplica auctoritate suscepimus illis ex eis dūtaxat exceptis in qb' expsse donatores seu trāslatores sibi ppꝛietatem ꝛ dñium pstiterit reseruasse. Preterea ecclias:oratoria:domos ꝛ loca pdicta que tenetis ꝛ inhabitatis ꝛ tenebitis ꝛ ihabitabitis in futuꝝ dū ꝛ quotiēs vos illa tenere ꝛ inhabitare ptigerit:esse oino exēpta decernimus:nulloqȝ medio sedi memorate subesse. Nulli ḡ oino hoium liceat hāc paginā nr̄e exēptiōis:decreti:susceptiōis ꝛ pstitutiōis infrigere:vel ei ausu temerario pire. Si qs aūt h attētare psumpserit:idignatiōem oipotentis dei ꝛ btōꝝ Petri ꝛ Pauli aplorum eius se nouerit incursuꝝ. Datum Rome apud scm̄ Petrū.ij.kal.Maij. Pontificat' nr̄i Anno pmo.

¶ Bonifa.papa.viij.pcedit monialib' sancte Clare vt gaudeant priuilegijs frm̄ minorum.

Bonifacius epūs ꝛc. Dilectis in xpo filiab' vniuersis abbatissis ꝛ pūetib' inclusaꝝ scē Clare pn̄tib' ꝛ futuris. Sal.ꝛ apo.bñ. In sinu sedis aplice vester ordo psistēs sic splēdet p icremēta virtutū:qȝ digne mereat pcipuis attolli fauorib' ꝛ spūalib' gratijs pfoueri. Nos qdem ordinē ipm libēter pſeqmur pꝛogatiua fauoris ꝛ augmēta suoꝝ pcessuuȝ pmouem'. Sane felicis recordationis Urban' .iiij. pdecessor nr̄ cuȝ multa puidētia rl̄am viaȝ istituit sub q̄ dño seruitis ꝛ vt eā possitis salubri' obseruare:ꝛ ne sub diuersoꝝ magisterio viuēdi modos icurrē valeat differētes: iter cetera statuit vt sub illoꝝ cardinaliū q sorēt pro tpe gubernatōi ptectiōi atqȝ correctioni ordis frm̄ minoꝝ a sede aplica deputati:obediētia cura ꝛ regimie deberetis decetero pmanere:qbus teneremini firmiter obedire:ꝛ ipsi aiaꝝ vr̄aꝝ sollicitudinē gerētes ꝛ curaȝ monasterijs ordinis dicte scē ꝛ psonis degētib' in eis capellanis puersis ꝛ familie taȝ p se qȝ p viros ydoneos quotiens expedire videbit visitationis offm̄ studerent impēdere corrigendo ꝛ reformādo ibidem tam in capite qȝ in membris que correctiōis seu reformatiōis causa noscerēt indigere:instituerent nihilominus ꝛ destituerēt ordinarent atqȝ disponerent:put bm deuȝ expedire viderent. Cum igitur per hec ꝛ alia inter vestrum ꝛ dictorum fratrum minoruȝ ordines specialis esse caritas censeatur: nos volentes qȝ idem ordo vt felicioribus:exinde augeat auspicijs:ꝛ vt tanto salubrius possitis deo reddere vota vestra quanto potioribus fueri

tis libertatib⁹ ꝛ gratijs a sede apl'ica cōmunite: apl'ica aucte vobis cōcedimus vt vos ac oia ꝛ singula monasteria vestri ordis tam exēptiōis priuilegijs q̄ oibus immunitatibus: libertatib⁹ ꝛ indulgentijs: ac alijs puilegijs qbuscūq̄ vtamini ꝛ gaudeatis: ac vti ꝛ gaudere possitis que pfato frm̄ minoꝝ ordini ac eius frib⁹ ꝛ psonis sunt ab eadē sede pcessa vel in posteꝝ pcedent: quaten⁹ hmōi exēptionis puilegiū ꝛ imunitates libertates indulgētie: ac alia puilegia vobis cōpetūt: vel cōpetere pñt vel poterūt: ꝛ q̄ten⁹ vos ꝛ monasteria ipsa potestis ꝛ poteritis esse capacia eorūdem. Nulli ergo oino hoiꝫ liceat hāc paginā nr̄e pcessiōis infringere: vel ei ausu temerario pꝛraire. Si qs autem hoc attentare psumpserit indignationem omnipotētis dei ꝛ btōꝝ Petri ꝛ Pauli aploꝝ eius se nouerit incursurum. Datū Rome apud scm̄ Petruꝫ nonis aprilis. Pontificatus nostri anno quarto.

¶ Joānes papa vigesimus scdo dānat ꝛ reprobat quosdam articulos quos tenuerat qdā Jo. magister Parisiensis. Q: i. est parisius.



Joannes eps seruus seruoꝝ dei. Venerabilib⁹ fribus Patriarchis archiepis ꝛ epis: ac dilectis filijs ecclesiasticis ad quos psentes puenerint. Salutem ꝛ aplicam bn̄dictionē. Vas electionis doctor eximius ꝛ egregius pdicator cuius pdicatio mundum docuit vniuersum psumptuosam illoruꝫ audaciam refrenare sollicitus qui prudētie ppꝛie innitentes in errores varios plabunt: nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatem salubri doctrina suggessit vt iuxta sapientis eloquia: quisq̄ prudentie sue modum ponat. Sane cum dilectum filium magistrum Joānem de poliaco sacre theologie doctorē certis ex causis de frm̄ nr̄orum consilio ad nostrā psentiam vocassemus: fide digna ad nostrū relatio pduxit auditum: q ipse in qbusdam articulis tangentib⁹ pnie sacrm̄ non sobrie: sꝫ perperam sapiebat infrascriptos articulos ptinentes errores: docēs publice in suis pdicationib⁹ ꝛ scholis. ¶ Primo siqdem astruens q confessi fratrib⁹ habentib⁹ lniam gn̄alem audiendi cōfessiones tenentur eadeꝫ peccata que pfessi fuerant iteꝝ confiteri ppꝛio sacerdoti. ¶ Secundo q stante statuto ōis vtriusq̄ sexus edito in concilio generali Romanus pontifex non pōt facere q parochiani nō teneant pfiteri oia peccata sua semel in anno ppꝛio sacerdoti quē dicit parochialem sacerdotem curatū: imo neq̄ deus pōt hoc facere: q: (vt dicebat) iplicat contradictionem. ¶ Tertio q papa non pōt dare lniam gn̄alē nec ptātē audiendi pfessiōes: imo nec deus qn pfessus habēti lniam gn̄alē teneat pfiteri suo ppꝛio sacerdoti quē dicit esse (vt pmittit) parochialeꝫ sacerdotem. Nos igit scire volentes si suggesta nobis veritatem haberent articuloꝝ pmissoꝝ eidē magistro Joāni copiā fecimus assignare: ꝛ ad defensioneꝫ sui audientiam plenā pbuimus tam in nr̄a ꝛ dictoꝝ frm̄ nr̄oꝝ pñtia in pcistorio q̄ alias coraꝫ aliqb⁹ de ipsis frib⁹ per nos ad hmōi deputatis. Verū etiā lꝫ pfatus magister Joānes pfatos articulos ꝛ ptēta in ipsis defendere niteret: asserebat se tū paratū credere ꝛ tenere in pmissis ꝛ alijs ea que credēdum ꝛ tenēdū esse sedes aplica diffiniret. Nos igit attēdētes q dictoꝝ articulorum assertio pdicatio ꝛ doctrina redūdare poterāt in multaꝝ pniciem aiaruꝫ: ipsos p plures magistros in theologia examinari fecimus diligenter nosipsi etiā cum dictis fratrib⁹ nostris collationem habuim⁹ sollertē cū ipsis: per quā qdem collatiōem ꝛ examinationē: pꝛijs demōstratis in pcistorio reuocauit: asserens se credere eos non veros: sed eoꝝ pꝛium veꝫ esse cum diceret se nescire rationib⁹ sibi factis in contrarium replicare. Ideoq̄ ne per assertionem pdictoꝝ ꝛ doctrinam hmōi in errorem (qd absit) anime simplicium plabant: oēs pdictos articulos ꝛ quēlibet eoꝝ tanq̄ falsos ꝛ erroneos a doctrina sana deuios aucte aplica dānamus ꝛ reprobamus de dictoꝝ frm̄ consilio doctrinā ipsis contrariā veram esse ꝛ catholicam: asserentes q illi qui pdictis fratribus confitent: non magis tenent pctā eadem cōfiteri q̄ si alias illa fuissent cōfessi eoꝝ ppꝛio sacerdoti iuxta dictū pcilium generale. Optantes autem veritatis vias notas esse fidelibus ꝛ cunctis erroꝛib⁹ precludere aditum ne subintrent: felicis recordationis Alexandri qnti ꝛ Clementis quarti romanoꝝ pontificuꝫ pdecessoꝝ nr̄orum vestigia imitādo: vniuersis ꝛ singul' districti⁹ inhibem⁹: ne qsq̄ dictos articulos p nos vt pmittit

dānatos

dánatos: et etiam reprobatos et contenta in eis vel aliquo ipsorum utpote a catholicis mentibus respuenda: tenere audeat seu defensare quolibs vel docere. Quocirca universitati vestre per apl'ica scripta districte pcipiendo mandamus quod vniuersi et singuli vestrum in ciuitatibus et diocesibus vestris conuocato clero conuenienter pmissa oia et singula per vos seu alios solemniter publicetis.

¶ Nos. n. magistro Joáni mandamus quod ipse in scholis et in sermone parisiensi pdictos articulos et contenta in eis tanquam veritati contraria proprie vocis oraculo et asseueratione constanti publice debeat reuocare qd se facturũ dictus magr Joannes efficaciter repromisit. Datũ Auinion. viij. Augu. Pontificatus nostri Anno qnito.

¶ Anno. papa. iiij. concedit ne fres nri ab ordine eiecti vel egressi: possint trásire ad ordines btí Aug. templariorum etc. bñ tñ ad alios ordines. Hec habet sub auctentico in cõuẽtu Rothomagen. Originalis vero est in cõuentu Parisius Mathen. Brugensi et alibi.

Innocẽtius epũs seruus seruorũ dei. Dilectis filijs gñali et puin. mini. or. frm mi. Salu. et apo. bñd. Paci et tráqllitati vestre pñia volẽtes ipostez sollicitudine puidere vt eiectis de vro ordie vl egressis q receptiõe in eodẽ ordie suis exigẽtib' culpis reddiderint se indignos tráseundi ad alios ordies approbatos: pterq ad btí Augu. templariorum hospitalariorum et aliorum religiosorum arma portãtium: ad vitãdam occasiõe euagádi cũ vestris testimõialib' lris auctẽ nra lniaz dare possitis pelná vobis de frm nrorum cõsilio concedimus auctẽ pñtiu facultatem districti' inhibẽtes ne tales alr ad aliũ ordinẽ trásire vel aliq ipsos recipe seu retinere psumát absq lnia sedis aplice spẽali faciente plená de pñtib' mẽtione. Nulli g oino hoiũ liceat hác paginá nre cõcessiõis et inhibitiõis ifrige: vel ei ausu temerario cõtre. Si qs aũt h attentare psũpserit: idignationẽ oipotentis dei: et btõz Petri et Pauli aplorũ eius se nouerit incursurũ. Datũ Lugduni. xvij. kl. setembris. Pontificat' nostri Anno tertio.

¶ Inno. iiij. concedit gñali mistro vt possit visitare et corrigẽ frẽs q morant in obseqijs aliorum.

Innocentius epũs etc. Dilecto filio mini. gñali ordi. fri mi. Sa. et apo. bene. Cũ sicut te accepimus intimáte nõnulli ex frib' tui ordis q de supiorib lnia in aliorum obseqjs cõmorant exẽptos se a tua iurisditioue credentes talia plerũq ppetrát: p que detrahit ordini et scádalũ inde gñat. Nos tuis supplicatiõib' iclinati pñtium tibi auctẽ concedim' vt vniuersos fr̃es q morant in obsequijs aliorum (illis dũtaxat exceptis qui fuint vl fuerint ad legatorum aplice sedis seruitia deputati) libere valeas visitare corrigere: amouere: ac alios eis substituere: put scdm deum videris expedire. Non obstãtibus qbuscũq lris seu indulgẽtijs sedis aplice p quas id valeat impediri. Cõtradicentes p censuram ecclesiasticá appellatione postposita cõpescendo. Datum Lugduni. xvij. kl. septẽbris. Pontificatus nostri Anno quarto.

¶ Cle. iiij. centũ dies indulgẽtie cõcedit in festis in hac bulla contentis. Hr parisi' sub plũbo.

Clemens epũs seru' seruorum dei. Dilectis filijs gñali ac puin. ministris et vniuersis frib' ordis minorum. Salutẽ et apostolicam bñdictionẽ. Loca scõz oĩum pia et prompta deuotiõe sunt a xpi fidelibus venerãda: vt dum dei honoram' amicos: ipsi nos amabiles deo reddant: et illorum nobis vendicantes quodãmõ patrociniũ apud ipz: qd merita nra nõ obtinẽt: eorum mereamur itercessionib' obtinere. Cupientes igit vt eccl'ie locorum vrorum congruis honorib' frequẽtent: oib' vere penitẽtib' et cõfessis q ecclesias ipsas in dedicationib' ipsarũ ac anniuersario dedicationũ earum die ac vsq ad octo dies sequẽtes: necnon in beate Marie virginis scõz Fráncisci Antonij et Clare: ac etiá aliorum scõz in quorum honore altaria maiora in ecclesijs ipsis sunt cõstructa festiuitatibus cũ deuotionis venerabilr visitauerint: de oipotẽtis dei mĩa et btõz Petri et Pauli aplorum ei' auctẽ cõfisi centũ dies de iniunctis sibi penitẽtijs. Annis singulis misicorditer relaxam'. Datũ Perusij. v. Jdus octobris. Pon. nri Anno pmo.

¶ Greg. x. confirmat libertates et imunitates a pdecessorib' suis ordini minorum concessas.

Gregorius epũs seruus seruorum dei. Dilectis filijs gñali ac pui. ministris custodib' guardianis ceterisq fribus ordi. mi. Salutem

z aplicam bñdictionem. Cum a nobis petitur qđ iustuȝ est z honestũ: taȝ vigor eqtatis q̃ⱥ or/do exigerit rõnis vt id p solitudinẽ officij nr̃i ad debitũ pducat effectũ. Ea pp dilecti in dño filij vestris iustis postulationib⁹ grato ꝯcurrẽtes assensu: oẽs libertates z imunitates a pdecesso: ib⁹ nr̃is romanis pontificib⁹ siue p puilegia seu alias indulgẽtias ordini vr̃o seu vobis ꝯcessas: sicut eas iuste ac pacifice obtinetis: vobis z eidẽ ordini auctẽ aplica ꝯfirmamus: z p̄senti scripti patrocinio cõmunim⁹. Nulli ḡ oĩo hoīum liceat hãc paginã nr̃e ꝯfirmatiõis infringere: vel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attentare p̄sumpserit indignationẽ oipotentis dei z beato⁊ Petri z Pauli apoſto⁊ ei⁹ se nouerit icursu⁊. Datũ Lugduni. x. kal. Setẽbris. Pontificatus nostri Anno tertio.

¶ Boni. viij. libe⁊ ꝓcessuȝ in crimib⁹ ꝯcedit p̄latis apicib⁹ iuris atq3 appellatiõe postposit⁊.

Bonifacius eps seru⁹ seruo⁊ dei. Dilectis filijs gñali z ꝓuin. ministris ac vniuersis frib⁹ ord. frm̃ mino⁊. Sa. z apo. bñd. Ad augmẽtũ ꝯtinuum religionũ z ordinũ quos romana suscepit z approbauit ecclesia: p̄mis studijs intẽdentes z ꝯsiderãtes attentius q̄ nõ intermissa sedulitas disciplinæ religiones z ordines supradictos statusq3 regulares salubriter dirigit z ꝯseruat. Quoq3 si eã perire vel remitti ꝯtingeret ordo ql3 collabi necio cogeret. Pensantes etiã q̄ si regulariũ psona⁊ correctio rimas iuris z apices seq̄ret hmõi rigor lentesceret: ac multiplici laxatiõe torperet. Nos vestris supplicationibus inclinati vobis auctẽ aplica indulgem⁹ vt ad correctiões z punitiões frm̃ eiusdem ordinis delinquẽtium infligendas p̄lati ordinis supradicti ad quos eedẽ spectare noscunt: rimulis z apicib⁹ ipsis postpositis libere ꝓcedere valeant fm̃ ꝯsuetudines approbatas: z gñalia facta z etiã fienda ipsius ordinis instituta: nec volum⁹ eisdẽ licere frib⁹ ab eisdẽ correctiõib⁹ z punitiõib⁹ aliq̄ten⁹ appellare: puia in h̃ deliberatiõe ac maturitate debita obseruatis. Nulli ergo oĩno hoīum liceat hãc paginã nr̃e ꝯcessionis infrigere: vel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aũt hoc attẽtare p̄sumpserit: indignationeȝ oipotentis dei z beato⁊ Petri z Pauli apo⁊ eius se nouerit incursu⁊. Datuȝ Rome apud scm̃ Petrum. ij. Idus nouẽbris. Pontificatus nostri anno primo.

¶ Joan. xxij. ꝯseruatores ordis instituit ꝯ molestatores atq3 oppressores archiepos epõsq3 in his ꝯtentos pro gñali ministro z fribus suis.

legatos vel alios deputatis hactenus et quos impo sterum quocunque perpetuis futuris temporibus deputari contingeret in regnis et dominijs predictis: ac alibi vbilibet per vniuersum orbem: ne pretextu cuiuscunque potestatis et facultatis attributę seu attribuendę super inquisitione huiusmodi quomodocunque amplissime contra quempiam dicti ordinis fratrum minorum professorum procedere et ingerere aut officium suum exercere quoquo modo presumant presata auctoritate prohibemus. Et vt si quos ex eisdem fratrum ordinis minorum professoribus capere seu carceribus mancipare forsan hucusque presumpserunt vel in futurum presument: fratres ipsos sic captos infra triduum postquam de presentibus noticiam qualitercunque habuerint aut requisiti fuerint ad ipsorum sic captorum et detentorum fratrum superiores per omnia illesos et sine mora per eos iuxta iuris formam et regularia instituta debitis penis puniendos remittant. Et quibuscunque communitatibus vniuersitatibus: collegijs: capitulis: conuentibus et personis ecclesiasticis tam religiosis quam secularibus cuiuscunque status: gradus: ordinis: et conditionis existant et quecunque ecclesiastica etiam episcopali: archiepiscopali: patriarchali: primatiali: vel mundana etiam comitali: ducali: marchionali: vel alia quauis auctoritate presulgeant: ne vt contra dictos ordinis fratrum minorum professores contra predecessorum predictorum et nostrarum literarum huiusmodi tenorem procedant insistant aut ad id auxilium consilium vel fauorem prestent: ne ve illorum ex eis qui contra eorundem literarum tenorem detenti nunc et pro tempore forent relaxationem et remissionem huiusmodi impedire aut maliciose differri seu retardari procurare: et ne fiant persuadere per se vel alios directe vel indirecte attentent plumbata auctoritate mandamus. Et illos ex eis qui predecessorum predictorum: ac nostris prohibitioni statuto et ordinationi contrauenerint: excommunicationis sententiam et priuationis officij inquisitionis et aliorum officiorum et beneficiorum que obtinent seu possident et pro tempore obtinebunt seu possidebunt: ac inhabilitatis ad illa et alia in posterum obtinenda irremissibiliter eadem auctoritate incurrere volumus. Et nihilominus locorum ordinarijs et personis in ecclesiastica dignitate constitutis: ac cathedralium ecclesiarum canonicis et eorundem ordinariorum vicarijs in spiritualibus generalibus et officialibus vbilibet constitutis qui desuper pro parte alicuius professoris dicti ordinis fratrum minorum pro tempore fuerit requisiti per apostolica scripta mandamus: quatenus ipsi vel plures aut vnus eorum per se vel alium seu alios premissa vbi quando et quotiens expedire cognouerit solenniter publicantes et eisdem requirentibus in premissis efficacis defensionis presidio assistentes non permittant inquisitores prefatos pretextu cuiuscunque facultatis et potestatis eis attributę seu attribuendę super inquisitione huiusmodi quomodocunque amplissime contra quemquam dicti ordinis fratrum minorum professorem procedere et inquisitionis huiusmodi officium alias quouis exercere. Et si quos ex eisdem fratribus minoribus capere seu carceribus mancipare forsan hucusque presumpserunt vel pro tempore presumerent: fratres ipsos sic captos ad ipsorum fratrum mi. superiores per omnia illesos sine mora remitti faciant puniendos. Et illos quos eis huiusmodi excommunicationis et priuationis penas non parendo predecessorum et nostris prohibitionibus statuto et ordinationibus predictis incurrisse constiterit: excommunicatos et priuatos publice nuncient faciantque ab alijs nunciari et ab omnibus arctius euitari: ac legitimis super his habendis seruatis processibus censuras huiusmodi iteratis vicibus aggrauare et loca quecunque ad que censuris huiusmodi ligatos declinare contigerit ecclesiastico interdicto subijcere procurent: contradictores quoslibet ac rebelles per censuram ecclesiasticam quacunque appellatione postposita compescendo: inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus fe. re. Bonifacij pape. viij. et predecessoris nostri: quibus cauetur: ne quis extra suam ciuitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis vltra vnam dietam a fine sue diocesis ad iudicium euocetur: seu ne iudices a sede predicta deputati extra suam ciuitatem et diocesim in quibus deputati fuerint contra quoscunque procedere aut alij vel alijs vices suas committere presumant: et de duabus dietis in concilio generali: ac alijs constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrarijs quibuscunque: seu si inquisitoribus predictis vel quibusuis alijs aut eorum ordinibus a sede predicta indultum existat quod ipsi et eorundem ordinum persone suspendi vel excommunicari aut eorum loca interdici non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: decernentes presentibus literis nunquam intelligi derogatum per quascunque clausulas etiam derogatorias: derogatorias fortiores atque efficaciores nisi dum et quotiens earum de expresso tenore de verbo ad verbum: non autem per clausulas huiusmodi expressionem importantes contingeret derogari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre approbationis: constitutionis: statuti: ordinationis: prohibitionis: voluntatis: et decreti infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit

indignationez omnipotẽtis dei ꝛ beatoꝝ Pe/tri ꝛ Pauli apl'oꝝ eius se nouerit incursuruz. Datũ Rome apud sc͠m Petrũ. Anno incarnationis dñice. M.cccc.lxxxvj.vj.idus Martij. Pontificatus nostri Anno.iij.

¶ Alex.pa.vj.ɔfirmat approbat ꝛ iserit breuia Sixti pa.iiij.qb' pa pa Sixt' declarat ꝛ determinat q ex quo frẽs ð familia nõ fuauerũt bullas ɔcordie:sꝫ ɔuenerũt multipl'r:ɔuẽt' ꝛ frẽs ministris sub ditos q̃rẽdo vl'recipiẽdo:ministri ꝛ eoꝝ subditi nõ teneanť easdẽ bullas seruare:sꝫ libere ꝛ licite absq̃ȝ alicuius pene incursu possit generalis minister ꝛ sui conuentus fratres loca ꝛ monasteria fratrum de familia recipere.

¶ Dilecto filio g͠nali mĩstro ordis frm̃ mioꝝ.

¶ Alexander papa.vj.

Dilecte fili Sal.ꝛ apo.bñ. Dudũ a Fe.Re.Sixto pa.iiij.ꝑdecessore nr̃o emanarũt lr̃e in qb' alie lr̃e eiusdẽ ꝑdecessoris iserte erant tenoris ꝛ ptinẽtie subsequẽtis. Sixtus papa.iiij. Dilecto filio g͠nali or.frm̃ mi. Dilecte fili Sal. ꝛ apo.bñ. Emanauit al's a nobis breue ad te tenoris ꝛ ptinẽtie subsequẽtis. Querelis sepius repetitis nobis significasti ꝙ dilecti frẽs de obſuãtia nũcupati ordis tui loca q̃dã pter tenorẽ lr̃arum Fe. Re. Pauli.ij.nr̃i imediati ꝑdecessoris sup tuorũ ꝛ illoꝝ ɔcordia editaꝝ ꝛ ademerũt hacten' ꝛ indies conanť adimere cẽsuras ꝛ penas i lr̃is ɔtẽtas:ac sua alioꝝ monita penit' negligẽtes in malũ exẽplũ ꝛ scãdalũ plurimoꝝ. Supplicasti nobis deinde humil'r vt dignaremur tibi de opportuno remedio ꝓuidere ꝛ pñie ɔcedẽ:vt q̃m illi hmõi ɔcordie stare recusarũt:tu quoq̃ȝ ꝛ tue cure sb̃ti nõ astringamini ad talia q̃ in eisdẽ lr̃is ɔtinenť cũ ex h̃ illi videanť in re audatius insultare:q: tu decreta dicti ꝑdecessoris nr̃i in eoꝝ cõmodũ fcã trãsgredi nõ ꝑsumis. Quocirca nos eq̃tatẽ hmõi supplicatiõis pino affectu ɔsiderãtes attẽdẽtesq̃ȝ ꝙ dicti de obſuãtia frẽs eo magis a siłib' trãsgressionib' ꝛ offensis abstinere debebũt quo ꝛ ipsi fuerint de suorum amissione solliciti hmõi supplicationib' iclinati pñtium tenore apl'ica aucte decernim' tibiq̃ȝ haꝝ serie ɔcedim' facultatẽ:ꝙ casu quo dicti ð obſeruãtia frẽs aliquẽ locũ ex tuis accepint accipe ve tentauerint lr̃isq̃ȝ ꝑdecessoris in h̃ ɔuenerint:sic licite ꝛ impune absq̃ȝ alicuius ecclesiastice cẽsure incursu tu tuiq̃ȝ eoꝝ loca ꝛ monasteria possitis ꝛ valeatis recipe lr̃isq̃ȝ dicti ꝑdecessoris ac nr̃is ẽt si tales essent de qb' ꝛ eaꝝ totis tenoribus hñda eẽt mẽtio sp̃alis ceterisq̃ȝ in ɔtrium facientibus qbuscũq̃ȝ. Datuȝ Rome apud sc͠m Petrum sub anulo piscatoris die.ij. octobris.M.cccc.lxxv. Põtifi.nr̃i anno.v.

Post cuius q̃dẽ breuis expeditionẽ sicuti nup nobis exponi fecisti ipsi ð obſeruãtia p̃fa loca tue ꝛ frm̃ tibi subditoꝝ cure subiecta occuparũt ꝛ indies conanť occupare. Sup quo pariter tue indẽnitati ꝓuideri a nobis humil'r supplicasti. Nos hmõi supplicatõib' iclinati tibi ẽt ð nouo facultatẽ p pñtes ɔcedimus vt si ipsi de obseruantia frẽs ɔtra tenorem hmõi emanati breuis ꝛ bulle ɔuenisse reperienť ꝛ loca vr̃a occupasse:possis ẽt tu eoꝝ loca ꝛ frẽs retinere:donec illi loca ipsa tua ꝛ frm̃ tibi subditoruȝ sic occupata post datã ipsi' breuis restituerint illis q in priori breui nr̃o ac alijs:si q̃ post illi' expeditionẽ emanarũt quoꝝ nos ɔtinẽtias ꝛ tenores ꝑ exp̃ssis hẽi hic volum'. Ceterisq̃ȝ in ɔtrium facientib' non obstãtib' qbuscũq̃ȝ. Datũ Rome apud sanctuȝ Petrũ sub anulo piscatoris die.xxiiij. Aprilis. M.cccc.lxxxj. Pontificatus nostri Anno.x.

Cum aũt sicur exhibita nobis nup ꝑ pte tua petitio ɔtinebat ipsi frẽs ð obſeruãtia adhuc ɔtinue non cessant ɔ ꝛ pter eos dilectosq̃ȝ filios frẽs ɔuẽtuales dicti ordis ɔcordatis ꝛ tenorẽ lr̃aꝝ ipsi' Pauli ꝑdecessoris frẽs dicti ordis ɔuẽtuales eorũq̃ȝ loca recipe:ac al's multipl'r molestare:ꝛ ppea lr̃as ꝑdictas p nos approbari ꝛ ɔfirmari magna cũ instãtia supplicaueris. Nos igit q pacis amenitatẽ inter psonas q̃slibet ꝑsertim religiosas vigere ꝛ augeri nr̃is potissime tpib' sup̃mis desideramus affectibus hmõi supplicationib' inclinati singulas lr̃as ꝑdictas:ac oĩa in eis ɔtẽta aucte apl'ica tenore pñtiũ approbam' ꝛ ɔfirmamus ac plenuȝ firmitatis robur obtinere decernim':ac ꝓ pte pace ꝛ q̃te ordinis ꝛ fratruȝ ꝑdictoꝝ obſeruari volumus ꝛ mandamus. Nõ obstãtibus premissis ac ɔstitutionibus ꝛ ordinationib' apl'icis:nec oĩbus illis que p̃fati ꝑdecessores in eoꝝ lr̃is ꝑdictis voluerũt non obstare ceterisq̃ȝ cõtrarijs qbuscũq̃ȝ. Datũ Rome apud sc͠m Petrum sub anulo piscatoris die.xviij. Marcij. M.cccc.

De conceptione B. Marie

M.cccc.xciij. Pontificatus nri anno secudo.

¶ Alex. pa. vj. ɔfirmat bullā Sixti. iiij. dispo-nentē sup imaculatā dei genitricis ɔceptionē.

a **Alexander** epūs rc. Ad futurā rei memoriā. Illi⁹ q se pro Dñici gregis saluatiōe in preciuм imolari nō abnuit vices q̄zq̄ imeriti gereñ. terris circa ipsi⁹ excubias gregis nos sollicitis ɔgruit vigilijs intendere: ne cōtagiosos depascāt feratus: z nimia curiositas superstitionē: z supstitio errores z scādala parturiant: z ea que ad occurrēdū erroribus z scādalis hmōi p pdecessores nostros salubriter ordinata sunt q̄busuis sublatis ipedimētis obseruenf. Dudum siqdē a fe. Re. Sixto papa. iiij. pdecessore nro lrē emanarunt tenoris subsequentis.

Sixtus rc. Ad ppetuā rei memoriam. Graue nimis gerim⁹ z molestū cū sinistra nobis de qbusdā ecclesiasticis psonis referunf: sz in eoz q ad euāgelizādū verbū dei sunt deputati excessibus pdicando cōmissis eo grauius prouocamur: quo illi periculosius remanēt incorrecti: cū facile deleri neqāt q multoz cordib⁹: sic publice pdicādo diffusius z dānabilius iprimunf errores. Sane cū scā Romana ecclia de itemerate sempq̄ virginis Marie ɔceptione festū solēniter celebret z spāle ac ppriuм sup h̄ offm ordinauerit: nōnulli vt accepimus diuersoz ordinū pdicatores in suis sermonib⁹ ad pplm publice p diuersas ciuitates z terras affirmare hactenus nō erubuerūt z pdicare nō cessant: oēs illos q tenent aut asserunt eandē gl'iosam z imaculatā dei genetricē absq̄ origialis pcti macula fuisse ɔceptā mortal'r peccare vl' eē hereticos: eiusdē imaculate ɔceptionis offm celebrātes audientesq̄ sermones illorum qui eā sine hmōi macula ɔceptā esse affirmant peccare grauiter: sz z pfatis pdicationib⁹ non ɔtenti: ɔfectos sup his suis assertionib⁹ libros in publicū ediderūt ex quoz assertionib⁹ z pdicatiōib⁹ nō leuia scādala in mentib⁹ fideliū exorta sunt: z maiora merito exoriri formidanf idies. Nos igif hmōi temerarijs ausibus ac puersis assertionib⁹ z scādalosis q̄ exinde in dīe ecclia exoriri pūt q̄tū nobis ex alto ɔcedif obuiare voleñ. motu pprio nō ad alicuius nobis sup oblat̄e petitiōis instātiā: sz de nrā mera deliberatiōe z ex certa scia hmōi assertōes pdicatorum eorūdem z alioz quoꝝlibet z q affirmare psumerent eos q crederent aut tenerent eandē dei genitricez ab originalis pcti macula in sua ɔceptione pseruatam fuisse: ppea alicui⁹ heresis labe pollutos fore vel mortal'r peccare: aut hmōi offm ɔceptionis celebrātes seu hmōi sermones audientes: alicuius pcti reatū incurrere: vtpote falsas z erroneas z a veritate penitus alienas editosq̄ desup libros pdictos id cōtinentes quoad hoc aucte aplica psentium tenor reprobamus ac dānamus z motu sciētia z aucte pdictis statuimus z ordinamus: ne pdicatores vbi dei z qcūq̄ alij cuiuscūq̄ stat⁹ gradus: aut ordinis ac ɔditionis fuerint q de cetero ausu temerario psumpserit in eoz sermonibus ad populum se al's quōlibet approbare: sic per nos approbatas ac dānatas assertiones veras esse: aut dictos libros pro veris legere tenere vel habere postq̄ de psentibus noticiam habuerint: excōicationis sniam z eterne maledictionis penam eo ipso incurrant: a qua ab alio q̄ Romano pontifice z illius ppo ore exp̄sa causa huiusmodi pter quam cēsuras predictas incurrerint (nisi in mortis articulo constituti) nequeant absolutionis beneficium obtinere. Item motu sciētia z auctoritate similib⁹ sub pene ac censure subijcientes eos qui ausi fuerit asserere ɔtrariam opinionem tenentes: videlicet gloriosam virginem Mariam cū originali peccato fuisse ɔceptam: heresis crimen vel peccatum incurrere mortale: cuz nōdū sit a Romana ecclesia vel apostolica sede decisum. Nō obstañ. ɔstitutionib⁹ z ordinationibus apostolicis ɔtrarijs qbuscūq̄: seu si aliqbus cōiter vel diuisim ab eadem sede indultū existat q̄ iterdici suspendi vel excōicari nō possint per lrās apostolicas non facien. plenam z expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmōi mentionē. Et ne de premissis aliquādo valeant ignorātiam allegare: volumus q̄ locoz ordinarij requisiti psentes lrās in ecclesijs ɔsisteñ. in eoz ciuitatib⁹: ac in suaz diocesum locis insignibus dū maior ibi multitudo populi ad diuina conuenerit sermonib⁹ ad populū mādent z faciant publicari. Nulli ergo oino hoium liceat hāc paginā nre reprobatiōis: dānatiōis: statuti: ordinatiōis: voluntatis: z decreti infringere: vel ei ausu temerario ɔire. Si qs aūt hoc attentare psumpserit:

indignationē oīpotētis dei ac btōrū apostoloꝝ eius Petri ⁊ Pauli se nouerit icursurū. Datū Rome apud sctm̄ Petruꝫ. Anno incarnatiōis dñice Millesimo q̄dringētesimo octuagesimo tertio. p̄die nonas septēbris. Pō. nr̄i. ãno. xiii.

Cum aūt sicut nō sine animi molestia accepimꝰ: nōnulli diuersoꝝ ordinuꝫ religiosi effectum lr̄aꝝ p̄dictaꝝ forsan ignorātes aut illas temerarijs ausibꝰ ꝯtēnētes: in sermonibꝰ ⁊ p̄dicationibꝰ ad pplm̄ ⁊ al's publice p diuersas ciuitates ⁊ lr̄as varias opiones circa ꝯtēta in ipsis eisdeꝫ lr̄is ꝯ̄ eaꝝ tenorem in mediū ꝓponere: ⁊ qdā vnū aliȷ̄ de reliquū affirmare nō erubescāt: ex qbꝰ i pplo varie opiones imprimunł ⁊ scandala nō modica gñanł. Nos ad quos ex debito pastoralis officiȷ̄ ptinet a scā dei ecclia (q̄ztū nobis ex alto ꝯcedił) scādala remouere volētes scādalis hmōi (vt tenemur) opportunis remedijs occurrere: motu ꝓprio non ad alicuiꝰ sup h̄ nobis oblate petitiōis instātiā: sꝫ de nr̄a mera liberalitate ⁊ ex certa nr̄a sciētia auc̄te ap̄lica tenore p̄ntiū decernimꝰ ⁊ declaramꝰ p insertas lr̄as: ac oia ⁊ singula in eis ꝯtēta ꝑpetuis futuris tpibꝰ donec p sedeꝫ ap̄licā aliter decisum ⁊ ordinatū fuerit inuiolabilr̄ obseruari debere. Quo circa vniuersis ⁊ singulis patriarchis archiep̄is ep̄is: ac alijs locoꝝ ordinarijs ⁊ eccliaꝝ p̄latis ⁊ abbatibꝰ ⁊ psonis alijs in digni ate eccl'iastica ꝯstitutis in virtute scē obie ⁊ sub excōicatiōis pena districte p̄cipiēdo mādamꝰ: q̄tenꝰ ipsi ⁊ qlꝫ ex eis p se vel aliuꝫ seu alios p̄dictos vbi ⁊ qñ expedire cognouerit: ⁊ quotiens sup h̄ reqsiti fuerit: solēniter publicari faciant auc̄te nr̄a lr̄as ipsas: ac in eis ꝯtēta inuiolabilr̄ obseruari. Cōtradictores quoslꝫ ⁊ rebelles cuiuscūqꝫ dignitatis: statꝰ: gradus: vł ordis existētes: ēt si mēdicantiū ordinū quorūcūqꝫ ēt de obseruātia nūcupatoꝝ p̄lati mīstri aut aliȷ̄ frēs fuerit: p excōicatiōis ac alias snias cēsuras ⁊ penas ecclesiasticas: ac alia opportuna iuris remedia appellatōe postposita cōpescēdo: inuocato ēt ad h̄ si opus fuerit auxilio brachiȷ̄ secularis. Et nihilominꝰ oēs ⁊ singulos quos dictā excōicationis sniam eis icurrisse ꝯstiterit ⁊ eoꝝ quēlꝫ in ecclis dū maior ibi ppl̄i m̄ltitudo ad diuina ꝯuenerit excōicatos publice nūcient ⁊ faciant ab alijs nūciari ac ab oibꝰ arctius euitari: donec ad cor reuersi ⁊ pnia ducti ad hmōi excōicationis snia absolōis bñficiū ab eadē sede mereātur obtinere: ac legitimis sup his hñdis seruatis ꝓcessibus snias cēsuras ⁊ penas hmōi quotiens opꝰ fuerit iteratis vicibus aggrauare ꝓcureut. Nō obstañ. p̄missis ac ꝯstitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ: p̄uilegijs: exēptiōibꝰ: idultis: ⁊ lr̄is ap̄licis qbusuis psonis secularibꝰ ⁊ rłaribꝰ quorūcūqꝫ ordinū ēt mēdicātium ⁊ de obseruātia nūcupatoꝝ ꝓfessoribꝰ ipsis ⁊ ordinibus taꝫ per Mare magnū ⁊ bullā aureā nūcupatas q̄ꝫ per q̄scūqꝫ lr̄as alias ap̄licas ēt a nobis emanatas ⁊ iteratis vicibus approbatas etiam ex qbusuis vrgētissimis ⁊ maximis causis ⁊ sub qbuscūqꝫ formis ⁊ exp̄ssionibus v̄boꝝ: ⁊ ēt derogatoriaꝝ derogatorijs aliȷ̄sqꝫ fortioribus efficacioribus ⁊ insolitis clausulis irritātibusqꝫ: decretis ēt talibus q̄ illis nullatenꝰ vel nō nisi sub certis mō ⁊ forma inibi exp̄ssis derogari possit: ⁊ ēt ā motu scia ⁊ auc̄te sl'ibus: ac de ap̄lice p̄tatis plenitudine ꝯcessis: qbus oibus ⁊ eoꝝ singulis ēt si p illoꝝ sufficienti derogatiōe de eis ipsorūqꝫ totis tenoribus sp̄alis: specifica: idiuidua: ⁊ exp̄ssa: ac de v̄bo ad v̄bū: nō aūt p gñales ēt id importantes clausulas mētio aut q̄uis alia expressio: vel eorūdē ordinū: aut alicuius ex eis p̄sonis irrimatio hñda aut alia exq̄sita forma obs̄uanda foret: tenores hmōi ac si de verbo ad v̄bū iserti forēt p̄ntibꝰ p sufficiēter exp̄ssis ⁊ insertis hñtesquo ad p̄missa dūtaxat (illis al's in suo robore pmāsuris) hac serie sl'ibus motu ⁊ scia sp̄aliter ⁊ expresse derogamꝰ ꝯ̄rijs qbuscūqꝫ. Aut si aliqbus cōiter vel diuisis ab eadē sit sede idultū q̄ interdici suspēdi vel excōicari nō possint p lr̄as ap̄licas nō facientes plenā ⁊ exp̄ssam: ac de v̄bo ad verbū de idulto hmōi mētionē. Ceteꝝ q̄ difficile foret ad singula q̄qꝫ loca in qbus expediēs fuerit originale deferri: volumꝰ ⁊ sl'r auc̄te scia ⁊ motu decernimus: q̄ earūdē p̄ntiū lr̄aꝝ trāsumpto manu publici notariȷ̄ subscripto: ⁊ alicuius p̄lati eccl'iastici aut illius curie sigillo munito vbiqꝫ stet: ⁊ eadē ꝓ sus fides ad hibeał in iudicio ⁊ ext̄: ac vbi fuerit exhibitū ⁊ ostēsuꝫ in oibus ⁊ p oia: put eisdē p̄ntibus stareł si forent exhibite vel ostēse. Nulli ergo oino hominū liceat hanc paginā nr̄e ꝯstitutionis: declaratōis: mādati: derogatiōis: voluntatis: ⁊ decreti isringere: vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt h̄ attentare p̄sumpserit indignationē oipotentis dei ⁊

dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se no uerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Pe trum. Anno incarnationis dominice. M. cccc. ij. kal. Martij. Pontificatus nostri Anno vndecimo.

¶ Alex. vj. mandat vicario generali totius ordinis ge neralatu tunc vacante et capitulo generali iterande (vbi eligendus erat generalis et vbi magister egidius del phin: ordinis precipuus reformator electus fuit: vt se et conuentus suos) sup quorum deformitate et relaxa tione querele ex diuersis mundi partibus ad sedem apostolicam afferebantur diligentius reformarent etc.

¶ Dilectis filijs vicario generali ministris cu stodibus ceterisque ordinis minorum fratribus in capitulo generali iterande congregatis.



Lexander papa sext⁹. Dilecti fi lij Sal. et apo. bndi. Ex diuersis mundi partibus et a multis principibus magne ad nos afferuntur querele de inhonestate infamique vita fratrum conuentualium ordinis minorum. Ita quod nisi illam in melius commutet coga mur pro pastoralis officij ministerio desup oppor tune prouidere: et eorum domos ipsis expulsis fratribus eiusdem ordinis de obseruantia nuncupatis tradere. Quapp ne id cum magno vestro dedecore et iactura fiat vos in domino hortamur: ac pariter monemus vt domos earum prouinciarum maxime per quas reges et ciui tates instant omni diligentia reformetis: precipue autem domum sancti Francisci de assisio tollaturque discursus fratrum et omnia alia iuxta vestra ipsius ordinis contraria institu ta et secundum priuilegia ipsis conuentualibus concessa maxime ea que de procuratoribus dominorum et secundum constitutiones sancte memorie Sixti. iiij. predecessoris nostri et aliorum sum morum pontificum retractentur. Quod si feceritis quead modum sperauimus consuletis vobisipsis et apud deum meritum et nos et christianos principes laudem et comme dationem reportabitis. Preterea hortamur vos quod in capitulo cum summa modestia concordia et matu ritate procedatis: et si in eo quod absit aliqua dissensio oriretur volumus quod venerabilis frater episcopus iteran nensis et in eius absentia ipsius in spiritualibus generalis vicarius vna cum dilecto filio vicario generali vestri ordinis apostolica auctoritate illam terminet et componat. Quem episcopum et vicarium in hoc casu commissarium nostrum in ipso capitulo vsque ad eius complementum cum ea auctoritate quam eidem vicario ordinis attribuimus et concessimus harum se rie deputamus. Contrarijs non obstantibus quibus cumque. Datum Rome apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die. xv. septembris. 1500. Pontifica tus nostri anno nono. A tergo prodocatharus.

¶ Alex. papa. vj. iterum mandat districtius capitulo generali iterande celebrato vt reformationi ordinis et ordinis sancte Clare studiosius intendant deputando re formatores idoneos et alia plura ad hoc ordinando.

¶ Dilectis filijs Ui. ge. ministris custodibus cete risque fratribus or. mi. in capitulo generali iterande congregatis.

Lexander papa. vj. Dilecti filij Sa. et apostolicam be nedictionem. Pulsamur quotidie assiduis quere lis quod plurimorum principum et communitatum instanter primus a nobis petentium: vt pro inhonestam vitam multorum fratrum ordinis vestri et alienam penitus a religione quam ipsi in malum exemplum et scandalum laicorum dehonestant com munitates vestros reformari mandaremus: et illos iuxta instituta fratrum de obseruantia nuncupatorum ad viuere vi tam eorumdem fratrum redigamus. Sed cum ordini vestro plu rimum afficiamur: ac cum suo dedecore pro nostro pasto rali officio aliter prouidere cogamur de honore et quiete vestra solliciti intelligentes proxime capitulum vestrum pro noua electione generalis vestri conuentuum vobis omnibus in capitulo generali existentibus: propterea ea de re tanti momenti scri bendum duximus. Uos itaque in domino plurimum horta mur et attente requirimus vobis nihilominus in virtute sancte obedientie mandantes: vt huiusmodi reformati oni conuentuum: ac domorum vestrarum omni studio intendatis: et in isto capitulo vestro eadem de reformatione rite cum effectu facienda determinetis: ac reformatores ad id ido neos prudentia quoque et doctrina preditos: ac deum timentes deligatis ad omnes prouincias vias destinan dos qui domos et conuentus vestros visitent et reforment et fratres omnes vestros in commune siue proprio ac honestiue dum generali ac prouincialibus ministris secundum constitutiones ordinis ac priuilegia ordini concessa et ipsis contraria institu ta appellationes et etiam monasteria sancte Clare summo studio reforment quod solum visitent et regant iuxta earum regulas et priuilegia per ministros et visitatores deputatos. Omnibus alijs idem fratribus exclusis ad plura scandala et ob locutiones euitandas per vos ex nunc prouidendum est vt discursus fratrum per vniuersum orbem iuciter cum magna nota vestra ex conuentus vestros vagantium penitus tollatur. Denique insuper per generales ministros vestros concesse deser uiendi alicui beneficio aut manendi in aliquo here mitorio: vel hospitali: aut alibi omnino reuocentur et irritentur. Sed inter cetera maxime expedire iudicamus vt omni studio per vos intendatur reformationi conuentus sancti Francisci de assisio. Qui cum sit admodum celebris

ɔgruū est vt idē cum monasterio scte Clare ad rīarē obſuātiā priuilegioꝝ illis ɔcessoꝝ oino re/digaſ. Circa vo hmōi reformatōēs ⁊ alia oia p̄/missa exeqnda si q ex mistris ⁊ custodibus seu guardianis vel alijs frib⁹ vr̄is se opposuerit vel ɔ̄dixerint aut negligētes si min⁹ idonei fuerint volum⁹ illos deponatis ⁊ loco illoꝝ alios ido/neos ⁊ ad feruētes h̄ substituatis ⁊ subrogetis. Que cū in dei honorē ac religiōis vie getē atq̃ decorē p nos excogitata cū vice ꝓtectore vr̄o cō municauerim⁹ ēt ipsi gn̄ali vicario mādauim⁹ curaret i caplo vr̄o executiōi ɔ̄mādari. Quapp vos oēs attēte hortamur in dn̄o ⁊ p̄ne mone/mus atq̃ regrimus in p̄missis auctore dn̄o oēs ordis vr̄i fres ꝓ desiderio nr̄o eo mō reformare curetis vt odor bone fame famulatus vr̄i altissi mo p̄stiti ex moꝝ ac vite vie scimonia ꝓueniēs obloquētiū ora cōpescat. Qd̄ deo acceptū ⁊ no bis gratissimū erit. Quos in oia cōmodū ⁊ ho norē dicti ordis ɔcernēcia peculiari affectu ad/modū ꝓpēsos iueníetis. Datum Rome apud sanctum Petrū sub anulo piscatoris die .xxiiij. Septembris. M.ccccc.j. Pontificatus nostri anno nono A tergo. Podocatharus.

¶ Alexander papa sextus mandat bullam cō/cordie quoad omnia obseruari.

¶ Dilectis filijs vniuersis fribus ordinis mi/norum de obseruantia nuncupatorum.

¶ Alexander papa sextus.

d Ilecti filij Sa. ⁊ apo. bn̄d. Cū si/cut accepim⁹ nōnulli frēs ɔuētuales or. fra. mi. ēt sub ꝓtextu refor matiōis: aut als dudū iter vos ⁊ ipsos frēs ɔuē tuales cōcordatio: ac diuersis lr̄is aplicis sup h p diuersos Ro. pōtifices p̄decessores nr̄os: ⁊ ēt p nos editis ⁊ approbatis ēt graues sniās cēsu/ras ⁊ penas ecclesiasticas in ɔ̄facietes latas ⁊ ꝓ/mulgatas in se ɔtinētib⁹ ɔuenire p̄sumāt: ꝓten dētes id licite facere posse ꝓtextu qrūdā aliaꝝ nr̄aꝝ in forma breuis lr̄aꝝ dilecto filio moder/no dicti ordis mistro gn̄ali p nos nup ɔcessaꝝ: ⁊ si cōcordatis ⁊ lr̄is p̄dictis quouismō directe vel idirecte ɔuenerit: vtilit exinde iter vos ⁊ di/ctos frēs ɔuētuales graues dissensiōes ⁊ scāda la exorirenſ. Nos q scādalis ⁊ dissentōib⁹ hmōi ne veniāt p̄sertim iter p̄sonas religiosas q̄s ab oi ɔtētione vt liberius diuinis vacare possint bn̄placitis decet esse semotas libēter: ɔ̄trū cum deo possumus obuiam⁹. Volētes desup debite ꝓuidere ac paci ⁊ qeti vtrīe p̄tis caritate ɔsulere: auc̄te aplica ⁊ ex certa sciā tenore p̄ntiū declara mus nūq̃ intētiōis nr̄e fuisse vel eē ɔcordatis: ⁊ lr̄is p̄dictis ēt p lr̄as p̄fato gn̄ali mistro vt p̄/fert ɔcessas (quaꝝ tenores ac si de vbo ad vbū p̄ntib⁹ īserenſ hīr volum⁹ p sufficiēter expssis) in aliquo derogare: s̄ʒ illa iuiolabilr̄ iuxta eorū ɔtinētiā ⁊ tenorē obſuari debere: put ēt hacte/nus obſuata fuerūt. Nō obstātib⁹ p̄missis ac cō stitutionib⁹ ⁊ ordinationib⁹ aplicis: necnō oib⁹ alijs q̄ in singulis lr̄is p̄dictis ɔcessa sint non obstare: ceterisq̃ ɔ̄rijs qbuscūq̃. Ve q: diffici le foret p̄ntes lr̄as ad singula q̄cūq̃ loca in qb⁹ expediens fuerit deferre: volum⁹ ⁊ p̄fata auc̄te decernim⁹ q illaꝝ trāsūptis manu publici no/tarij ide rogati subscriptis ⁊ sigillo alicui⁹ curie seu p̄sone ecclesiastice in dignitate ɔstitute mu/nitis: ea prorsus fides in iudicio ⁊ ext̄ ac als vbilʒ adhibeat q̄ p̄ntib⁹ adhiberef si essent exhibite vel ostēse. Datū Rome apud scm̄ Petrū sub anulo piscatoris die .xiij. Januarij. M.ccccc.ij. Pontificatus nostri Anno .x. Adrianus.

¶ Julius papa secūdus concedit multa q̄ no/tantur per ordinem subsequentem.

i Ulius epūs ⁊c. Venerabilib⁹ ar/chiepo ɔpostellañ. ⁊ epo. paceñ. ac dilecto filio archidiacono sa/lamātiñ. Sal. ⁊ apo. bn̄di. Hodie a nobis ema/nauerunt littere tenoris subsequentis.

Julius epūs ⁊c. Ad ppetuā rei memoriā. In militāte eccl̄ie agro plātat⁹ sacer ordo frm̄ mi. rſatis obſuātie: vberes fru/ctus ad salutē xp̄i fideliū ꝓducēs: nos excitat ⁊ inducit vt q̄ p illius ꝓfessorib⁹ ⁊ sub suaui iugo religiōis dn̄o famulātiū qete ⁊ aiaꝝ salute ꝓui/da ɔsideratione aplica auc̄te ɔcessa sunt: ēt nr̄o munimine roboremus: vt eo firmius persistant quo sepius fuerit auc̄te sedis aplice cōmunita: ac in his nr̄i pastoralis officij ptes fauorabilr̄ i/pēdim⁹: put ɔspicim⁹ salubriter expedire Sa/ne pro pte carissimi in xp̄o filij nr̄i Ferdinādi regis: ⁊ carissime in xp̄o filie nr̄e Elisabeth re/gine castelle ⁊ legiōis ac Cicilie catholicoꝝ no bis exhibita petitio continebat: q als Fe. Re. Alexādro pape .vj. p̄decessori nr̄o p ro eorūdem regis ⁊ regine pte exposito: q lʒ Clare memo/rie castelle legionis ⁊ aragonū reges dictoꝝ re/gis ⁊

gis ⁊ regine predecessores qui pro tpe fuerunt: q̄zplurima in castelle ⁊ legionis ⁊ aragonū hu/iusmodi alijsq̄z eoꝝ regnis ⁊ dn̄ijs monasteria domos: ⁊ alia loca regularia ordinum diuersoꝝ tam viroꝝ q̄z mulieꝝ ex eoꝝ pia deuotiōe ⁊ vt in illis vera vigeret religio ac nomen altissimi ad cuius gloriam ⁊ honorē instituta fuerāt de/bite laudaref: de ꝓprijs eoꝝ bonis fundassent ⁊ dotassent: ac post hmōi fundatōes in aliqb⁹ mo/nasterioꝝ: domoꝝ: ⁊ locoꝝ regnis ⁊ dn̄ijs p̄di/ctis ꝯsisten. rl̄aris obſuātia fuisset obſuāta: tn̄ a nōnullis tpibus citra: monachis: frib⁹: moniali/bus: ceterisq̄z religiosis eorūdē monasterioꝝ: locoꝝ: atq̄z domoꝝ paulatim viuēdi modū ac normā relaxātibus ⁊ a suaui ꝯtēplationis iugo sepositis: in eis rl̄aris obſuātia tepuerat. Idem Alexāder p̄decessor sup his ꝓuidē volēs: apl̄i/cas sup h̄ archiep̄o toletano ⁊ nō alijs tūc exp̄s/sis p̄latis l̄ras ꝯcessit seu direxit. Quarū q̄dem l̄raꝝ vigore nonnulle dom⁹ dicti ordis frm̄ mi. ad regularē obseruātiā reducte fuerūt: ⁊ q̄z ali/qui frēs dicti ordis plusq̄z oporteat forsan scru/pulosi dubitāt aliq̄s cēsuras incurrisse: timētes vel suspicātes p̄dictas l̄ras minus sufficientes fuisse ⁊ aliquos ex fribus directe vel indirecte forsitā ꝯtra priuilegia dicti ordis vel ꝯtra ꝯcor/diam inter ꝯuentuales ⁊ de obseruātia nuncu/patos dicti frēs factam ⁊ p sedē apl̄icaꝫ p̄dictā ꝯfirmatam aut hmōi reformationi ⁊ l̄raꝝ solli/citationi ꝯsilium p̄buisse: ⁊ se itromisisse vel in recipiendo easdē domos mandatū p̄dictorum iudicū seu reformātium in aliquo excessisse: vl̄ aliqbus alijs cautelis vsos fuisse: ac aliq̄ verba cōminatoria ex parte p̄dicte regine fribus ꝯuē/tualib⁹ dixisse: aut aliqua alia de necessarijs ad p̄dictam reformationē minus bn̄ fecisse: q̄zuis viue vocis oraculo ab eisdē cēsuris seu scrupu/lis p dictum p̄decessorē absoluti fuerit. Cōtin/git etiam q̄ aliqn̄ in vna ꝓuincia fm̄ morē di/cti ordinis edificanf domus dicti ordinis q sub aliena obia q̄z mistri seu vicarij ꝓuincialis eius/dem ꝓuincie degunt ex quo nōnunq̄z scanda/la inter eosdem frēs dicti ordinis gn̄antur. Ac etiam q̄z pie memorie Sixtus papa. iiij. etiā p̄/decessor nr̄ priuilegia dicti ordinis ꝯfirmando illa de nouo ꝯcessit ab aliqbus dubitaf: an priui/legia antea dicto ordini ab eo q̄z per dictuꝫ Six/tum p̄decessorem concessa ⁊ quolibet reuocata censeantur iterum cōcessa per illa verba de no/uo ꝯcedimus: an eadem verba referanf solum mō ad priuilegia que p̄dicto ordini vsq̄z Six/tum p̄decessorem p̄fatum ꝯcessa ⁊ nō reuocata fuerant. Et cū etiam in eisdeꝫ priuilegijs dicto ordini ꝯcessis ꝯtineatur q̄ fratres p̄dicti ordi/nis vocati a ppl̄o possint edificare domos pro vsu ⁊ habitatione perpetuis frm̄ predicti ordi/nis: nō obstante ꝓhibitione recolende memo/rie Bonifacij pape. viij. sil̄r p̄decessoris nostri ab aliqbus dubitatur an si a particulari p̄sona vocati fuerint domos predictas edificare pos/sint. Sepius etiā contingit q̄ domus dicti or/dinis in tali loco situate existūt q̄ de iure non cōprehendunf in interdicto in oppido approxi/to: ⁊ q̄ li3 dictū oppidū sit interdictū: ipsi frēs possunt diuina celebrare: tū prelati ⁊ eorum of/ficiales etiam aliqn̄ odio ⁊ vt laborib⁹ ipsos fra/tres fatigent: vel vt eis iniurias inferāt ciuita/tem vel alium locū cum duob⁹ vel trib⁹ miliari/bus in circuitu existētib⁹ ecclesiastico iterdicto subijciunt: vt sic etiam domus frm̄ p̄dicti ordi/nis sub hmōi iterdicto includanf in graue p̄iu/dicium frm̄ p̄dictoꝝ. Cōtinef etiam in p̄uile/gijs p̄dictis q̄ frēs p̄dicti ordinis per prelatos suos ⁊ p̄lati ab alijs fratrib⁹ ab omni excōicatio/ne etiam sedi apl̄ice reseruata (exceptis heresis relapsus: scismatis: deferētium ꝓhibita ad infi/deles ⁊ falsitatis l̄raꝝ apl̄icaruꝫ casibus absolui possint) ⁊ hoc vt oīs materia euagandi dictis fratribus auferatur: ⁊ aliquādo in aliqbus l̄ris apl̄icis vel dictis fribus: vel alijs concessis con/tinetur q̄ ꝯtrafacientes aliqbus in eisdem lit/teris contentis excōmunicationis sn̄iaꝫ incur/rant: a qua absolui non possint nisi ab ore pro/prio Romani pōtificis vel per alia sil̄ia verba que auferre videntur oēm ptātem a dictis pre/latis absoluendi ⁊ absolui cōmittendi eosdem fratres: ex quo mentes dictoruꝫ frm̄ qn̄q̄z facile ꝯturbanf cum scrupulose ꝯscientie sint: putan/tes se a p̄latis suis absolui non posse procurant ad sedem prefatam accedere: ex quo a suaui con/templatione diuinoruꝫ retrahuntur ⁊ eis eua/gādi occasio: imo quasi necessitas prebef ⁊ in/sertur. Dubitaf etiā q̄ si aliqui habitū ꝓbatio/nis dicti ordinis susceperint: ⁊ ꝓpter austerita/tē regule vel ab eo ante lapsum anni ꝓbationis a dicto ordine recesserit: ⁊ deide melioři sp̄u du/

cti itez ad dictũ ordinẽ redierint habitũ hmōi pfessionis resumentes: an tpe prioris receptionis hitus cũ tpe posterioris in anno pfessionis sibi cõputari debeat: an vero integrũ annũ pfessionis posterioris hřr debeat nõ cõputato in eo tpe priori. Insup cuz in puilegijs z lřis pdictis dictoz ordini minoz pcessis ptineatur: q qñ eis expediens videbitur: possint eligere quẽ voluerint in suum pseruatorẽ seu iudicez q ƺ inferentes sibi iniurias iuxta priuilegia z lřas hmōi pcedere possint: z sepe ptingat q talr reqsiti iurisditionem hmōi ob pteplationẽ aliquaz psonaz sibi coniunctaz seu odio amore: aut alijs de causis acceptare nolunt in graue dictoz frm z suorũ priuilegioz detrimẽtum. Preterea cum in lřis aplicis sup indulgẽtijs domib⁹ dictoz frm per Romanos põtifices pdecessores nros cõcessis q illas psequanr manus porrigẽtes adiutrices ptineat: si hmōi indulgẽtie de largientib⁹ illis pecunias intelligerent aliq frẽs cuz eas recipere nullo mõ possint aliquã altercationẽ hẽnt: dubitat vtrũ manus adiutrices hmōi de his qui alias fribus in pane z alijs p eoz victu z vestitu: ac domoz suaz reparatiõe necẽijs elemosynã fecerint intelligant. Cũ aũt sicut eadez petitio subiungebat Ferdinãdus rex z Elisabeth regina pfati q ad ipm ordinẽ singularẽ gerũt deuotiõis affectũ cupiãt oia z singula puilegia lřas z pcessiones fratri. vz. z ordini pdictis p quoscũqz Ro. põtifices pdecessores nros pfirmari z approbari: ac sup pmissis p ipsoz frm pace z trãqllitate opportune puideri: pro pte eorũdez Ferdinãdi regis z Elisabeth regine nobis fuit humilr supplicatũ vt oib⁹ z singulis priuilegijs quarũcũqz graz dicto ordini pcessis z pfertim p pfiliuz cõstanciense ac fcẽ memorie Eugeniuz quartũ Nicolauũ qntũ Calixtũ tertiũ Piuz fcdm ac Sixtũ qrtuz Innocẽtium octauum z Alexãdrum sextũ z quoscũqz alios Romanos pontifices pdecessores nros: necnõ pcessib⁹ per nos q dum cardinalatus honore fungeũ etiam pdicti ordinis minoz pectionis officio fungeremur: aucte aplica decretis robur aplice firmitatis adijcere: ac alas statui dictoz fratruz in premissis opportune prouidere de benignitate aplica dignaremur. Nos igit q ad ipm ordinez dum in minorib⁹ pstituti eram⁹ singularẽ gessimus deuotionis affectũ: qqz nũc pastorali offõ fungentes eundẽ ordinẽ pp vberes fruct⁹ quos in militante ecclesia pducit spãli dilectionis affectu psequimur hmōi supplicationib⁹ iclinati: oia z singula priuilegia z indulta quarũcunqz graz dicto ordini pcessa z pfertim per pcilium Eugeniũ: Nicolauz: Calixtũ: Pium: Sixtum Innocẽtium: Alexãdrum: z alios pdecessores nros hmōi necnõ pcessus p nos dũ in minoribus agremus z dicti ordis pectionis officio fungeremur (vt pfert) dicta aucte aplica decretos eadẽ aplica aucte tenore pñtium approbamus z pfirmamus: ac illa ppetue firmitatis robur obtinere debere decernimus. Et insup frẽs si qui sunt q expeditionẽ dictaz lřaz pfate reformationis pcurauerint seu sollicitauerint vl in aliquo forte excesserint tñmõ circa domos eiusdẽ ordis vsqz ad diem obit⁹ pdicti Alexandri predecessoris reformatas: ab excõicationis snia alijsqz cẽsuris z penis ecclesiasticis pterq̃ a labe symonie si q̃ias etiã iuxta priuilegia seu institutiones regulares dicti ordis: vel ẽt cõtra pcordiã vel in alijs supradictis casib⁹ icurrerit: aucte z tenore pdictis absoluim⁹ supplemusqz oẽs z singulos taz iuris q̃ facti defect⁹: si q forsan in singulis pdictis interuenerint. Ac q in vna puincia fm morẽ dicti ordis dom⁹ fratruz ordis hmōi q sub aliena obia viuũt dcetero de nouo pstrui z edificari neq̃nt: nisi d lnia vicarij gñalis ppetuo phibem⁹: ac qcqd in pñũ attẽtari ptigerit: irritũ z inane decernim⁹. Et p pfirmationẽ dictoz puilegioz p ipm Sixtum pdecessorẽ factã: ac eorũdẽ puilegioz nouã cõcessionẽ p vba de nouo pcedimus: solũmõ esse pfirmata puilegia dicto ordini pcessa: z nõ alas reuocata. Et insup frẽs ipsos si a pncipe duce: marchione: comite: vt aliquã domũ dicti ordis edificẽt reqsiti fuerit: domũ hmōi p vsu z habitatiõe ppetuis frm dicti ordis regularis obfuãtie pstrui z edificari: ac locũ p hmōi cõstructione oblatũ recipi posse. Ac si ptingat aliquã ciuitatẽ seu oppidũ cũ duob⁹ vl trib⁹ miliarib⁹ circũuicinis ifra q̃ miliaria domus frm minoz dicti ordis z obfuãtie existũt ecclíastico eẽ iterdicto subiectã seu suppositã: frẽs ordis hmōi (nisi cãz iterdicto dederit vl eis spãlr ex cã legitia iterdictũ fuerit) hmōi iterdictũ fuare non teneant si alas dom⁹ ipoz frm d iure iterdicto talis oppidi nõ cõpphẽdant: z possint i eoz eccl̃ijs z domibus missas

bus missas ⁊ alia diuina officia alẽs iuxta priui/
legia eis ꝯcessa celebrare. Et ꝙ q̃cũq̨ ꝑsona seu
ꝑsone alẽs de iure capaces pro ꝑte dictoꝝ fratrũ
req̄site nisi legitimo ĩpedimẽto detẽte fuerit: iu
risdictionẽ ⁊ ꝯseruationẽ eorũdẽ frm̃ vigore ꝑfa
toꝝ priuilegioꝝ sub excõicationis pena suscipe
re teneant. Q̃q̨ verba in ꝑdictis suis priuile
gijs ꝯtenta: scʒ ꝙ visitãtes sua loca ⁊ manꝰ por/
rigentes adiutrices: indulgẽtias eis ꝯcessas ꝯse
quant: vt scrupulũ fribus q̄ scrupulũ formaue/
rint tollat etiã ad facientes sibi elemosynas de
pane ⁊ alijs pro eoꝝ victu ⁊ vestitu: ac domoꝝ
suaꝝ reparatiõe necessarijs referant. Ac ꝙ etiã
ꝑlati dicti ordis ⁊ alij frẽs q̄bus ipsi cõmiserit:
alios frẽs ordis hmõi vsq̨ ad diem date p̄ntiũ
dũtaxat a q̃cũq̨ excõicationis s̄nia q̃tũcũq̨ ⁊
sub q̄buscũq̨ ṽbis ⁊ clausulis tã ꝑ casus in iure
exꝑssos q̃ꝫ ꝑ l̃ras ap̄licas sedi ap̄lice reśuata ẽt
si ꝯtineant in se clausulã ꝙ q̄ ꝯfecerint nõ pos/
sint absolui nisi ab ore ꝓprio Romani põtificis
vel sixta aut maiora ṽba heresis relapsus: scisma
tis: delationis ꝓhibitoꝝ ad ĩfideles: ac falsitatis
l̃raꝝ ap̄licarũ casibꝰ dũtaxat exceptis alẽs iuxta
ꝑuilegia eis ꝯcessa de ꝑterito dũtaxat: ⁊ nõ alr
absoluere possint. Et ꝙ cũ aliq̄ frẽs q̄ annũ ꝓ/
bationis ĩceperint: ⁊ deinde habitu dimisso ad
ip̄m ordinẽ redierint: tp̄s prioris receptiõis ha
bitꝰ cũ tp̄e posterioris in ãno ꝓbationis sibi cõ/
putari vel nõ cõputari posse iuxta discretionẽ
⁊ determinationẽ suoꝝ supioꝝ eisdẽ auc̃te ⁊ te/
nore decernimꝰ ⁊ ordinamꝰ. Et vlteriꝰ oĩa ⁊ sin
gula ꝑuilegia imunitates exẽptiões ꝯcessiones
indulgẽtias ⁊ indulta tã viue vocis oraculo q̃ꝫ
alẽs sub q̄buscũq̨ tenoribꝰ ⁊ formis fribꝰ ordis
ꝑdicatoꝝ regularis obśuãtie regnoꝝ ꝑdictorũ
⁊ illoꝝ domibꝰ seu pijs locis ꝑ nos: ac ꝑdecesso
res nr̃os Ro. põtifices aut dictam sedeʒ ꝯcessa
fribꝰ dicti ordis minoꝝ eorũq̨ domibꝰ: ac si eis
ꝯcessa forent. Et ꝙ sicut ꝑ ꝑdecessores nr̃os cõ
cessuʒ est ꝙ visitãtes domos frm̃ minoꝝ in die
sc̄ti Frãcisci ꝯsequant certũ numeꝝ ĩdulgẽtiaꝝ
⁊ visitãtes ꝑdictas domos in festis scõꝝ Anto/
nij ⁊ Bernardini ꝯsequant aliũ lʒ minorẽ nu/
meꝝ: ꝙ ẽt visitantes domos frm̃ minoꝝ in die
sc̄i Bonauẽture easdẽ ĩdulgẽtias ꝯsequant q̃s
ꝯsequunt visitãtes in die cuiuslʒ ꝑdictoꝝ sc̄tõ/
rum. vʒ. Antonij vel Bernardini eadeʒ auc̃te
ap̄lica ꝯcedimꝰ. Et hmõi ꝑuilegia imunitates
exẽptiones ꝯcessiones ĩdulgẽtias ⁊ ĩdulta eis/
dem fribꝰ ordis ꝑdicatoꝝ rl̃aris obseruantie vt
ꝑfert ꝯcessa: ad dictos frẽs ordis minoꝝ rl̃aris
obśuantie regnoꝝ eorũdẽ illorũq̨ domos extẽ
dimꝰ: tanq̃ꝫ si eisdẽ fribꝰ minoribꝰ ⁊ eoꝝ domi/
bus sp̄alr fuissent ꝯcessa. Nõ obstãtibꝰ ꝑmissis
ac ꝯstitutionibꝰ ⁊ ordinationibꝰ ap̄licis: necnõ
ordis minoꝝ ⁊ obśuãtie ꝑdictoꝝ iuramẽto cõ/
firmatiõe ap̄lica vel q̃uis firmitate alia robora/
tis statutis ⁊ ꝯsuetudinibꝰ ceterisq̨ ꝯrijs q̄bus/
cũq̨. Volumꝰ aũt ꝙ ꝯfessor quẽ singuli dictoꝝ
frm̃ ordis minoꝝ q̄ excõicationis aliasq̨ censu
ras ⁊ penas ꝑdictas ꝑmissorũ occasione forsan
incurrerint duxerint eligendũ: eis ꝓ excessus
ꝑdictos p̄niam salutarẽ iniungat quã ipsi oĩno
debeãt adimplere: alioq̄n p̄ntes l̃re quoad ean/
dẽ absolutionẽ nulliꝰ sint roboris vel momẽti.
Nulli ergo oĩno hoĩuʒ liceat hanc paginã nr̃e
ꝯfirmationis: approbatiõis: decreti: suppletio/
nis: ꝓhibitionis: ordinationis: ꝯcessionis: extẽ
sionis: ⁊ voluntatis ĩfringere: vel ei ausu teme/
rario ꝯtraire. Si q̄s aũt hoc attentare ꝑsumpse
rit indignationẽ oĩpotentis dei ⁊ beatoꝝ Pe/
tri ⁊ Pauli ap̄loruʒ eius se nouerit incursuruʒ.
Datum Rome apud sc̄m Petrũ. Anno incar
nationis dñice. M.cccc.iiij.xv. kalen. Junij.
Pontificatus nostri Anno ꝑmo.

¶ Quo circa discretioni vr̃e per ap̄lica scripta
mãdamꝰ: q̃tenꝰ vos vel duo aut vnꝰ vr̃m ꝑ vos
vel aliũ seu alios l̃ras ꝑdictas ac in illis ꝯtenta
q̃cũq̨ vbi q̃n ⁊ quotiens opꝰ fuerit: ac ꝑ ꝑte di/
ctorũ frm̃ mi. seu alicuiꝰ eoꝝ desuꝑ req̄siti fueri
tis publicãtes: ac eis in ꝑmissis efficacis defen/
sionis ꝑsidio assistẽtes faciatis eos auc̃te nr̃a pa
cifica possessiõe vel q̃si approbatiõis: ꝯfirmatio/
nis: suppletiõis: decreti: absolõnis: declaratõis:
statuti: ordinatiõis: ꝯcessionis: ⁊ extensionis: ac
aliorũ ꝑmissoruʒ in eisdẽ ꝑinsertis l̃ris ꝯtẽtorũ
gaudere non ꝑmittẽtes eos ꝑ quoscũq̨ desuꝑ
q̃molʒ ĩdebite molestari. Cõtradictores quoslʒ
⁊ rebelles ꝑ censurã eccl̃iasticã appellatõe post/
posita cõpescẽdo. Nõ obstañ. ꝯstitutiõe fe. recor
datiõis Bonifacij pape octaui ꝑdecessoris nr̃i
qua īter alia cauet ne aliq̄s ex̃ suam ciuitatẽ vel
diocesim (nisi in certis exceptis casibꝰ ⁊ in illis
vltra vnã dietã a fine sue diocesis) ad iudicium
euocet: seu ne iudices a sede ap̄lica deputati ex̃
ciuitatẽ ⁊ diocesim in q̄bꝰ deputati fuerint ꝯtra

quoscūq3 procedere aut alij vel alijs vices suas cōmittere p̄sumant τ de duab⁹ dietis in cōcilio gn̄ali edita: τ alijs aplicis cōstitutionib⁹ ac oīb⁹ alijs q̄ in dictis l̄ris volum⁹ nō obstare cōtrijs q̄buscūq3: aut si aliqb⁹ cōiter vel diuisim quotiēs ingrueret necessitas vel vtilitas suaderet recurrere ad Romanā eccl̄iā cogeref: ad quā oīum rer mobiliū τ imobiliū qb⁹ frēs ipsi quoꝝ ordo ad romanā ecclesiā nullo medio ptinet vti possint: iuꝰ pprietas τ dn̄iu3 nullo medio spectat: p̄fata incōmoditate vel difficultate potius q̄ p̄ hoc ingeri posset frib⁹ supradictis benigni⁹ indulgētes. Uolentes quoq3 heredū τ executoꝝ negligētijs ac molestatoꝝ ipsoꝝ insolētijs obuiare vt frēs ƀm modos licitos τ ꝯgruos ipsi ordini relictis sibi in testamētis elemosynis nō fraudētur eisq3 de iniuriatoribi⁹ p̄fis exhibeat iustitie cōplemētū: ac sperātes ꝙ his q̄ p̄ statu prospero dictoꝝ frm̄ τ ordis agenda fuerint p̄ nos eo salubrius τ vtilius ꝯsulef: quo maiori fuerītis in hac pte auc̄te muniti: discretioni v̄re de qua plenā in dn̄o fiduciā obtinemus spāles psonas q̄ nō sint de ipso ordine noiandi pro locoꝝ τ frm̄ indigētia singuloꝝ quas psonas p̄ vos taliter noiatas: in his administrationē legitimā gn̄alē τ liberā τ ipsos veros τ legitimos pcuratores admistratores iconomos sindicos τ actores esse de plenitudine ptātis pn̄tiū auc̄te ꝯstituendo decernim⁹: q res ipsas τ reꝝ p̄ciū τ p̄dictas elemosynas noie ipsi⁹ ecclesie recipiant per eosdē in frm̄ ipsoꝝ vtilitates: put eis l3 ex regula vel ex declaratione r̄ie ꝯuertēdas sicut τ qn̄ a te fili gn̄ali τ singulis alijs v̄rm in puincia vel custodia sibi decreta vel ab eisdē fribus de assensu v̄ro extiterint reqsiti: ac eedē psone petendi: exigendi: recipiendi: alienandi: p̄dicta trāsigendi quoq3 paciscendi: ꝯueniendi: īpetrandi: l̄ras aplicas vel al's: iustitiā siue grām ꝯtinentes in iudices τ loca ꝯueniendi: τ recusandi: compromittendi: remittendi: refutādi: q̄ttationē faciendi: agendi: defendēdi: ac in alas eoꝝ de calūnia τ veritate dicēda iurandi: τ cuiuslibet alterius gn̄is iuramētū p̄stādi sniā3 seu snias diffinitiuas seu iterlocutorias audiēdi: necnō τ appellādi: appellatiōis seu appellationū cās ꝓsequēdi: cū illis τ ꝯ illos qui hmōi res mobiles τ imobiles aut p̄ciū eaꝝ vl' relictas elemosynas frib⁹ in testamētis occuparēt vel violēter auferrēt: siue ꝯ voluntatē frm̄ q̄uolz detinerent: seu ipsis in psonis vel reb⁹ aliq̄s iniurias irrogarēt: τ gn̄alr in oīb⁹ causis ꝓ reb⁹ τ locis hmōi ad ipam ecclesiā spectātib⁹ ipsoꝝ frm̄ vsui ꝯcessis: necnō p̄ p̄dictis iniurijs τ violētijs: imunitatib⁹: libertatib⁹: ac iurib⁹ τ p̄uilegijs eoꝝdē sine cuiuslibz satisdationis τ cautiōis onere plenā gn̄alē τ liberā auc̄te aplica in iudicio τ ex̄ iudiciū ptātē reuocādi quoq3 psonas easde3 τ eaꝝ q̄ulibet: ac al's eis subrogādi vel noiandi p̄ supradictū modū noiatiōis quotiens opportunū fuerit q eandē in p̄dictis vel silem hēant ptāte3 plenā τ liberā ꝯcedimus auc̄te pn̄tiū facultatē. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginā n̄re ꝯcessionis τ ꝯstitutionis infringere: vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attentare p̄sumpserit: indignationem oīpotentis dei τ btōꝝ Petri τ Pauli aplōꝝ eius se nouerit incursuꝝ. Datū apud Urbem veterē decimo kal. Decembris. Pontificatus nostri Anno tertio.

¶ Julius.ij. statuit p̄ puicia Turonie ꝙ frēs reformati obie τ obseruātie r̄laris ipsi⁹ puincie τ sorores scē Clare ipsi⁹ puincie τ puincie scē Bonauēture nō possint trāsire ad familiā sine lnīa petita τ in scriptis obtenta sui mistri τ qua in obia regulari ministroꝝ quā iurarūt confirmantur. Cum executorialibus desuper.

i **Ulius eps** seru⁹ seruoꝝ dei. Uenerabilib⁹ fribus Turoneñ. τ Lugduneñ. archiepis τ officiali machoneñ. Sal. τ apo. bn̄di. Hodie emanarūt a nobis l̄re tenoris subsequētis. Julius eps seruus seruoꝝ dei. Ad ppetuā rei memoriā. Regimini v̄lis ecclesie disponente dn̄o p̄sidentes inter cetera q̄ cōmisso nobis aplice seruitutis incūbit offō hec p̄cipue arbitramur vt opē operāq3 q̄tū nobis ex alto ꝯcedif adhibere curem⁹ ꝙ hi q discursib⁹ τ piculis p̄seruati votiue pacis τ q̄etis amenitate iugiter in dn̄o gratulemur τ his q̄ ppterea puide facta fuisse dicunf vt firma ppetuo τ illibata p̄sistant cu3 a nobis petif aplici muniminis ppensius impartimur sane pro pte filioꝝ dilectoꝝ vniuersoꝝ frm̄ ꝯuentualium reformatoꝝ obie τ obseruātie regularis ordinis minoꝝ puicie Turonēsis eiusdē τ Burgundie seu scti Bonauenture puinciaꝝ iuxta more3 dicti ordinis dilectaꝝ in xp̄o filiaꝝ soroꝝ ordinis scē Clare sub cura dictoꝝ

fratrum

frm̄ reformatoꝝ degentiū nobis nup exhibita
petitio ꝯtinebat: ꝙ postq̄ caplo gñali frm̄ dicti
ordis minoꝝ anno ꝓxio elapso in Urbe nr̄a ce
lebrato lr̄e i forma breuis a nobis emanauerāt:
p quas īter alia volueram⁹ ꝙ frēs ⁊ sorores di/
ctoꝝ ordinū in reformatiōe in qua tūc erāt re/
manere deberēt fratres reformati ac sorores sub
eoꝝ cura degētes hmōi medio eoꝝ iuramēto.
Saluo tn̄ sedis aplice bn̄placito seu Ro.pōtifi
cis pro tpe exn̄tis ac regulari obia p̄latoꝝ ordi/
narioꝝ suoꝝ.vz.magroꝝ gñalis ꝓuincialiū cu
stodis ⁊ guardianoꝝ pro tpe existētis ꝓuincia/
rū hmōi respectiue ẜm rl̄am bti Frācisci in suo
testamēto ordinatā ⁊ p felicis Re.Honoriū pa
pā octauū p̄decessorē nr̄m ꝯfirmatā ⁊ approba
tam in qua reformati erāt ⁊ sub ipsa reformatio
ne volebāt viuere ⁊ ad domos frm̄ dicti ordis
de familia nūcupatoꝝ nullomō ⁊ statū tūc ordi
natū obseruare: ⁊ illi vllo nunq̄ꝫ tpe nō ꝯueni/
re pmiserunt: ꝓut in lr̄is seu iuramento super
hmōi iurata p̄missione desup ꝯfectis di pleni⁹
ꝯtineri.Quare ꝓ pte eorūdē frm̄ reformatoruꝫ
⁊ sororū nobis fuit humilr̄ supplicatū vt pmis/
sione iurata hmōi robur aplice cōfirmationes
adijcere alq̄ꝫ in p̄missis ꝓuidere de benignita/
te aplica dignaremur.Nos igil q cūctoꝝ fide/
lium potissime sacre religioni astrictoꝝ pacem
⁊ q̄etem eorūq̄ꝫ cōmoda libēter ꝓcuramus: ac
eoꝝ scandalis ⁊ piculis in instr̄o seu lr̄is sup il/
la ꝯfectis ꝯtenta auctē aplica tenore p̄sentiū ap
probam⁹ ⁊ ꝯfirmam⁹ supplentesq̄ꝫ oēs ⁊ singu/
los defectus si q forsan iteruenerint in eisdē.Et
nihilomin⁹ oībus ⁊ singulis vicarijs gñalib⁹ ⁊
ꝓuincialib⁹ supiorib⁹ guardianis custodibus ⁊
alijs fribus subditis totius ordis p̄dicti māda/
mus sub excōicationis late snīe pena ne p̄fatos
frēs reformatos ac sorores aut eoꝝ loca sup pre/
miss.e ⁊ eoꝝ ꝯfirmatione ⁊ approbatiōe hmōi
in aliquo quouismō molestare ingerare seu per
turbare: aut frēs reformatos: aut illoꝝ domos
mistro prouinciali ⁊ successorib⁹ suis mistris ꝓ
tpe dicto ordini minoruꝫ subiectos nisi a dicto
ministro ⁊ successorib⁹ suis mistris pro tpe dicti
ordis minoꝝ p̄stātib⁹ petita ⁊ in scriptis obtēta
lnīa recipere quoquo mō p̄sumat auctē ⁊ teno/
re p̄missis inhibem⁹.Nō obstātibus ꝯditioni/
bus ⁊ ordinationib⁹ aplicis: ac dicti ordis mi/
noꝝ iuramēto ꝯfirmatione aplica vel q̄uis fir/
mitate alijs roboratis statutis ⁊ in ꝯsuetudini/
bus: necnō priuilegijs ⁊ indultis aplicis dicto
ordini ꝯcessis ꝯfirmatis ⁊ inouatis qb⁹ si ad il/
loꝝ derogationē de illis eoꝝ totis tenorib⁹ spe/
cialis specifica expressa indiuidua ac de v̄bo ad
verbū: nō aūt per gñales clausulas idēꝫ impor/
tātes mentio seu q̄uis alia exp̄ssa hūda: aut alia
exq̄sita forma seruāda eēt illius tenores p̄ntib⁹
pro sufficienter exp̄ssis ⁊ insertis hn̄tibus illis
alīs in suo robore pmansuris qbus hac vice dū/
taxat spālīter ⁊ exp̄sse derogam⁹ ceterisq̄ꝫ ꝯtrijs
qbuscūq̄ꝫ.Et insup trāsumptis p̄sentiū lr̄aruꝫ
auctēticis ⁊ manu alicuius publici notarij sub/
scriptis ⁊ sigillo dicti ministri: aut alicui⁹ alte/
rius ecclesiastice psone in ecclīastica dignitate
ꝯstitute munitis fidē adhiberi vbilibet debere
decernim⁹.Nulli ergo oino hoīum liceat hanc
paginaꝫ nr̄e approbationis: ꝯfirmationis: inhi
bitionis: derogationis: ⁊ decreti infringere: vel
ei ausu temerario ꝯtraire. Si quis aūt hoc attē
tare presumpserit: indignationē oīpotentis dei
⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli aplorum eius se noue
rit incursurum.Datum Rome apud sanctum
tias spirituales ⁊ tpales ꝯcessiones ⁊ indulgen
tias ac pctōꝝ remissiones in gn̄e vel in specie
fribꝰ ⁊ sororibꝰ ꝑdicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū ⁊ do
moꝝ eorundem: necnō visitātibꝰ eoꝝ ecclias ⁊
capellas ⁊ oratoria ꝯcessas:quaꝝ tenorē ac si de
v̄bo ad v̄bū p̄ntibꝰ insererent̄ haberi volumꝰ
pro exꝓsso p̄sentiū tenore approbamꝰ ⁊ robur
firmitatis ꝑpetue obtinere decernimꝰ. Proqꝫ
potiori cautela aplica auct̄e de nouo iuxta lr̄aꝝ
desup ꝯcessaꝝ ꝯtinentiā ⁊ tenorē ꝯcedimus ⁊
largimur. ¶ Et vt ecclesie domꝰ ⁊ oratoria ꝑ/
dicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū ꝑdictoꝝ ꝑ vniuersuꝫ
orbeꝫ ꝯstructe ⁊ edificate ⁊ q̄ ꝯstrui ⁊ edificari
ꝯtingat in futuꝝ ꝯgrua deuotiōe a xp̄i fidelibꝰ
visitent̄:ac q̄ iperfecte sunt ꝑficiant̄ ⁊ ad cōple
mentū deducant̄ ac cōplete cōseruent̄ ⁊ manu
teneant̄:necnō paramētis ⁊ alijs ad diuinum
cultū necessarijs d̄bite ornent̄:ipsiqꝫ xp̄i fideles
ad dictas ecclias eo libētius ꝯfluāt ⁊ ad ꝑmissa
manus ꝓmptius porrigant adiutrices quo ex
hoc ibidē dono celestis grē ꝯspexerint se refe/
ctos.De oipotentis dei misericordia ac beato/
rū apostoloꝝ eiꝰ Petri ⁊ Pauli auct̄e ꝯfisi:vni
uersis ⁊ singulis xp̄i fidelibꝰ vtriusqꝫ sexus ve/
re penitētibꝰ ⁊ ꝯfessis q ecclias ⁊ oratoria do/
moꝝ frm̄ ꝑdictoꝝ in singulis sci Dn̄ici ⁊ sācti
Frā.cētū ānos ⁊ totidē quadragenas ⁊ i scōꝝ
Petri martyris Thome de agno Vincētij ⁊
sancte Catherine de senis ac scōꝝ Antonij de
padua ⁊ Ludouici ep̄i Bernardini ⁊ scē Cla/
re ⁊ btē Helisabet festiuitatū diebꝰ a primis ve/
speris ⁊ ꝑ totū diē ipsaꝝ festiuitatū q̄nquagin/
ta ānos ⁊ totidē quadragenas deuote visitaue
rint annuatim:⁊ manꝰ ad ꝑmissa aut eoꝝ aliq̄
porrexerint adiutrices de iniunctis penitētijs
eis nūc relaxamus presentibus ꝑpetuis futuris
temporibus valituris. ¶ Et vt ꝑdictoꝝ predi
catoꝝ ⁊ minoꝝ ordinum frēs tanto feruentius
diuinis beneplacitis insistant quāto maioribus
spūalibus se viderint gratijs fore munitos:oi/
bus ⁊ singulis predicatoꝝ ⁊ minoꝝ ordinū ꝑ/
dictoꝝ professoribus q nūc ⁊ pro tp̄e perpetuo
erūt vt ꝯfessor idoneus eorūdem ordinū quem
quilibet pro se de sui superioris licentia duxerit
eligendū eorūdē ꝯfessione diligenter audita ꝓ
cōmissis per eos excessibus ⁊ peccatis semel in
vita in forma ꝯfessionali ꝑ nos edita in mortis
articulo plenariam absolutionē ⁊ peccatorum

huiusmodi

huiusmodi remissiones impendere valeat etiā si ante factam eorūdem ordinū professionē eos decedere ↄtingeret: similibus motu scientia ꝛ aucte indulgemus. ¶ Facultatē ꝙ a pdecessoribus nostris ↄcessaꝫ magistro gnāli prioribus prouincialibus ꝛ ↄuentualibus ac eoꝝ vicarijs predicatoꝝ: ꝛ gnāli ac prouincialib⁹ ministris ac eorum vicarijs nec non custodibus minorum ordinū predictoꝝ super absolutione frm̄ eorūdem ordinū suoꝝ ꝛ dispensatione cū eisdem in qbuscunqꝫ casib⁹ (preterqꝫ in illis pro qb⁹ esset ad sedē apostolicā mittendi) ꝛ p nos approbatam cū declaratione casuū pro qbus mittendi sunt perstringētes: volum⁹ ꝙ magister ꝛ minister gnāles eorūqꝫ vicarij ꝛ illi qb⁹ ipsi pro tpe duxerint cōmittendū dūtaxat ꝛ nō alij facultate pdicta de cetero vti possint illā in oib⁹ alijs penit⁹ adimētes. ¶ Et ne pp monasteria monialium seu sororū sub cura ꝛ institutis ordinis pdicti frm̄ pdicatoꝝ ꝛ sancte Clare seu sancti Damiani ordinū sub eiusdē frm̄ minorū ordinis cura degentia: ꝛ sancti Dominici ꝛ sancti Frā. de penitentia nuncupatoꝝ ordinū vtriusqꝫ sexus psonas ↄtingat eorūdeꝫ frm̄ quietem turbari motu scientia ꝛ aucte predictis statuimus: ꝙ hmōi monasteria ꝛ loca eorūqꝫ abbatisse priorisse pcuratores syndici oblati ꝛ vtriusqꝫ tertij ordis pdicti de penitentia nūcupate psone pdicte eisdem priuilegijs ꝛ imunitatib⁹ gratijs: fauorib⁹: ↄcessionibus indultis spūalibus ꝛ temporalib⁹ pdictis frm̄ predicatoꝝ ꝛ minorum ordinibus ꝛ illoꝝ professorib⁹: domibus ꝛ locis: ac procuratoribus ꝛ syndicis oblatis ꝛ ↄuersis: seu alijs quomōlibet p pdecessores nr̄os aut nos hactenus ↄcessis ꝛ imposteꝝ ↄcedendis quauis aucte (quatenus eaꝝ sexui ꝛ statui nō ↄtradicāt) libere ꝛ licite vti possint ꝛ debeāt in oibus ꝛ per omnia prorsus ꝛ sine vlla differentia ac si eisdeꝫ monasterijs locis ꝛ psonis: abbatissis syndicis: procuratoribus: oblatis ꝛ ↄuersis sororum ꝛ monialium eorūdeꝫ ac personis vtriusqꝫ sexus de penitētia hmōi nominatim ↄcesse forent ꝛ ↄcederentur expresse. ¶ Preterea ꝙ vt intellexim⁹ exortis nōnunqꝫ ↄtrouersijs inter locoꝝ ordinarios eorumqꝫ vicarios seu officiales ꝛ curatos ꝛ frēs pdictorū ordinū varijs occasiōib⁹ locoꝝ ordinarij eorumqꝫ vicarij seu officiales ꝛ curati predicti ne

christi fideles si ibus ipsis piās elemosinas erogare psumāt: suadere ac ēt sub cēsuris inhiber: ac erogantes excōicatos fore predicare seu predicari facere seu pronunciare psumūt: locorum ordinarijs eorūqꝫ vicarijs seu officialib⁹ ꝛ curatis pdictis ac ēt alijs qbuscūqꝫ dicta aucte mādamus: vt ab hmōi psuasionibus inhibitionib⁹ bus. ꝛ mādatis de cetero prorsus ꝛ oino abstineant: decernētes inhibitiones ipsas ꝛ mādata nullius existere firmitatis: ꝛ illis ↄtrauenientes cēsuris hmōi minime ligari: ac eosdē psuadentes ꝛ inhibētes mādatoqꝫ nr̄o hmōi optēperare nō curātes (nisi penituerint ꝛ psuasiōes ꝛ inhibitiōes ac pdicta reuocauerit ifra triduū postqꝫ desup reqsiti fuerint) eo ipso ordinarios interdictū igressus ecclesie ac suspēsiones a regimine ꝛ admīstratiōe suaꝝ ecclesiaꝝ: alios ꝙ inferiores ab eis excōicationis sniam icurrere. ¶ Cū aūt nōnulli ad ordines pdictos pdicatorū ꝛ minoꝝ spālem gerētes deuotiōis affectū eoꝝ cadauera cū hītu frm̄ pdicatoꝝ vl̄ minoꝝ seu frm̄ vel soroꝝ d̄ pēitētia vtriusqꝫ ordis pdictoꝝ sepelir̄ mādēt: ꝛ p sepe anqꝫ moriaī hītū hmōi eis postulāt exhiberi. Decernim⁹ hītum hmōi p priorē dom⁹ ordis pdicatoꝝ aut guardianū dom⁹ ordis minoꝝ loci i quo tales decedere ↄtigeret: vel p supiorē platū ipoꝝ ordinuꝫ ꝛ domoꝝ seu pora⁹ ꝛ guardianie vel cui illi duxerit cōmittēdū dūtaxat ꝛ nō p aliū quauis aucte vel platiōe fungētē exhiberi d̄bere. ꝙ predictū hītu recipiētib⁹ d̄clarare teneaī apd eoꝝ ordinū eccliās d̄ber̄ sepeliri i eoꝝ obitu quoꝝ hītu suscipiāt ꝛ illoꝝ sic idutoꝝ cadauera sic discoopta nullo pallio vl̄ tegumēto supposito cū hītu hmōi ad sepulturā d̄ferri posse: ordinarioꝝ ēt sub cēsuris phibitiōe ꝛ ordiatiōe locoꝝ qlꝫ in ↄriū edita nō obstāte qs quoad hoc modificam⁹. ¶ Et ne ex habilitatiōib⁹ ad vnū vl̄ plura bnficia ecclastica i titulū vl̄ cōmēdā obtinēda cū facultate vt iterim donec illa assequanī p capellanie alioꝝ in bnficio deseruire: ꝛ ꝙ ēt postqꝫ bnficia hmōi assecuti fuerint in domib⁹ dicti ordis residē: cameras hēre in illis: ꝛ in gnālib⁹ capitulis fratrum eorūdem predicatorū ꝛ minoꝝ ordinū vocē actiuā ꝛ passiuam habere: ac priuilegijs fauoribus gratijs ꝛ indultis ↄcessis ipsorum ordinum pfessoribus gaudere possint pfatis ordinib⁹ ꝛ illorum professoribus

granamen inferatur:eisdem motu ꝛ aucte de/
cernimus hmōi ꝯcessas ꝛ quas eis ꝯcedi ꝯtige
rit habilitatiōis lr̃as intelligi ꝛ interp̃tari de/
bere vt frēs ipsi qb⁹ lr̃e hmōi ꝯcesse sunt ꝛ ꝯce
derent īposterꝫ qñcūqꝫ p sedem p̃dictā:postq̃ꝫ
aliqd bn̄ficiū adepti fuerint pacifice aut p ca/
pellanijs in aliqbus ecclesijs ceperint deserui/
re ꝯcessionib⁹ p̃dictis put vocē actiuā ꝛ passi/
uā residētiā in domib⁹ dictoꝝ ordinū ac reten/
tionē dictaꝝ domoꝝ cameraꝝ:ꝛ alia ꝯtra ordi
nū p̃fatoꝝ sunt ꝯcernentia de eorūdē ordinum
p̃latorum ꝯsensu dūtaxat gaudere possint ꝛ nō
alias nec alio mō. Idē statuētes de p motis ad
cathedrales ēt titulares appellatas ecclesias ꝛ
alias dignitates ecclesiasticas. ¶ Ceterꝫ vt di/
ctoꝝ ordinum p̄fessores q inqsitores heretice
prauitatis pro tpe diuersis mūdi partib⁹ depu/
tanf:tāto diligētius eoꝝ officia studeant exer/
cere ac ab illicitis ꝛ eis p̄hibitis abstinere:quā
to cognouerint posse eoꝝ errores facilius corri
gi ꝛ puniri:q̃ magister p̃dicatoꝝ ꝛ mīster mi/
noꝝ ordinū p̃dictoꝝ gñales p̃fati nūc ꝛ p tpe
existentes gesta pro tpe p ipsos inqsitores suoꝝ
ordinū respectiue examinare:ꝛ querelas ꝯ illos
p positas audire:ac sup illis quātū eis iustuꝫ ꝛ
equū videbif statuere ꝛ ordinare:ꝛ si eos in ali
quo deliquisse inuenerint illos iuxta excessuꝫ
exigentiā ēt p eoꝝ ab officio āmotionē ac alias
corrigere ꝛ punire:dictosqꝫ inquisitores s̄m qd
equū ꝛ iustū aut necessariū videbif(non tm̄ in
vna eadē diocesi multiplicare)libere ꝛ licite va
leant. Et p̃dicatoꝝ in minoꝝ ꝛ ecōtra minoꝝ
ordinū p̃dictoꝝ inquisitores in p̃dicatoꝝ ordi
num hmōi p̄fessores quoscūqꝫ:officio inqsitio
nis hmōi fungi:illudqꝫ exercere nullaten⁹ pos/
sint:absqꝫ sedis aplice licētia spāli de p̄ntib⁹ lit
teris specificā ꝛ exp̃ssam faciente mentionem.
¶ Postremo q: p̃dicatoꝝ ꝛ minoꝝ frm̄ p̃di·
ctoꝝ ordinū p̄fessores p fidei catholice dilata
tione:incremēto ꝛ defensione:ꝯtinue indefesse
laborant:ꝛ eoꝝ exēplari vita:p̃dicatiōibus vbi
dei:audientia ꝯfessionū sana doctrina : assidua
sacraꝝ lr̃aꝝ instructione:ꝛ deuota diuinoꝝ of/
ficioꝝ celebratiōe:hereticoꝝ extirpatiōe : aliisqꝫ innumeris pijs opationib⁹ p̃ ceteris ordinū
mēdicātū p̄fessorib⁹ fruct⁹ in eccl'ia dei saluta/
res copiosius attulerūt hacten⁹ ꝛ ꝯtinue affer/
re nō cessant:atqꝫ allaturos in futurꝫ deo ppi/
cio spe firma tenemus:ꝛ propterea conuenit vt
ipsi p̄e ceteris ampliores fauores ꝛ graꝝ p̄roga
tiuas a p̃fata sede recipiāt ꝛ reportent:aliorūqꝫ
ordinū mēdicātiū indultis ꝛ priuilegijs apud
sedē p̃fatā gaudeant ne illis inferiores eē vide/
anf oēs ꝛ singulas gratias:ꝯcessiōes ꝛ pctōꝝ
remissiōes imunitates:exēptiones:facultates:
priuilegia ꝛ indulta sp̄ūalia ꝛ tp̄alia qualiacūqꝫ
sint heremitaꝝ sc̄i Augustini ꝛ carmelitaruꝫ ꝛ
s̄uoꝝ btē Marie frm̄ ordinib⁹ ꝛ illoꝝ ecclesijs
ꝛ oratorijs ꝛ domib⁹:priorib⁹:frib⁹:ꝛ sororib⁹
ꝯuersis:ꝛ oblatis:vtriusqꝫ sexus psonis de pe/
nitentia nūcupatis a p̃decessorib⁹ nr̃is roma/
nis pōtificib⁹ p̃dictis ꝛ a nobis aut alijs auctē
habētib⁹(q̄ oīa ac si nominatiꝫ exp̃merenf hē/
ri hic volum⁹ p sufficienter exp̃ssis)ꝯiunctim
vel diuisim in genere vel in cōi ꝯcessa eisdeꝫ ꝛ
eoꝝ cuilibet:p̃dicatoꝝ ꝛ minoꝝ frm̄ ordinib⁹:
domib⁹ ecclesijs oratorijs:gñali magistro:mi/
nistro:priorib⁹:ꝛ mīstris prouincialib⁹ ꝯuētua
lib⁹ priorib⁹ ꝛ guardianis:sororib⁹ oblatis:cō/
uersis:ꝛ vtriusqꝫ sexus tertij ordinis seu de pe
nitētia nuncupatis ꝛ alijs eorūdē ordinū psō/
nis de nouo ꝯcedim⁹:ꝛ in eis locū habere vo/
lum⁹ ac si eisdē noīatim directe ꝛ exp̃sse ꝯcessa
fuissent. Mādātes ēt motu:scientia:ꝛ aucte p̃/
dictis vt dum p̃uilegioꝝ:indulgentiaꝝ p̃roga
tiuaꝝ:ꝯcessionū:exēptionū:imunitatū:faculta
tū ꝛ indultoꝝ:dictorum frm̄ heremitaꝝ sancti
Aug. carmelitaꝝ ꝛ seruoꝝ sc̄te Marie origina
les lr̃e seu trāsumpta auctētica ex illis pro ꝛ in
fauorē ecclesiaꝝ domoꝝ ꝛ frm̄ p̃dictoꝝ p̃dica/
torum ꝛ minoꝝ ordinū adducerenf vel exhi/
berentur:eadē fides indubia exhibeaf tam in
iudicio q̃ꝫ extra iudiciū ꝛ alijs locis qb⁹ opus
fuerit:ac si pro ꝛ in fauorē dictoꝝ ordinū:eccle
siaꝝ:domoꝝ:ꝛ frm̄ p̃dicatoꝝ ꝛ minoruꝫ a sede
apostolica emanassent ac eis ꝛ cuilibet ipsorum
fuissent imediate ꝯcesse. ¶ Inhibentes distri/
ctius ipsis locoꝝ ordinarijs sub interdicti igres/
sus ecclesie ꝛ suspēsionis a regimine ꝛ admini/
stratione suaꝝ ecclesiaꝝ ꝛ parochialiū ecclesia/
rū rectorib⁹ ꝛ alijs qbuscūqꝫ sub excōicationis
late sententie ꝛ priuationis earundē ecclesiarū
parochialiuꝫ ꝛ aliorum alioꝝ beneficioꝝ eccl'iasti
corum q̄ obtinent:necnō inhabilitatiōis ad il/
la ꝛ alia imposterꝫ obtinenda penis eo ipso qui
ꝯtrafecerint incurrendis:ne psonis qbuslibet

ecclesiasticis

vel secularib⁹ in gñe vel in specie directe vł in/
directe aliqd inhibeant: ꝑcipiant ordinēt vel
statuant: quo min⁹ ordines ꝑdicti illoꝝ dom⁹ ꝛ
pfessores ꝑdictis gratijs sibi ꝯcessis libere vti
possint. ¶ Nō obstātib⁹ qbuscūqꝫ aplicis su/
spēsionib⁹: reuocatiō b⁹: restrictōib⁹: ac in pui/
cialib⁹ ꝛ synodalib⁹ ꝯcilijs editꝫ gñalib⁹: vł spā/
lib⁹ ꝯstōnib⁹: necnō Parisieñ. ꝛ alioꝝ locorum
gñalium studioꝝ vniuersitatib⁹ ꝛ curie vice ge
rēte. Auinionis qbuscuis ordinarijs prelatis ꝛ
psonis ꝯcessis ꝛ ꝯcedēdis lr̄is ꝛ ꝑuilegijs: ac p
illos deputatis in eis ꝯseruatorib⁹ priuilegioꝝ
hmōi facultatib⁹ ꝛ iurisdictiōe cū qbuscuis clau
sulis: ēt derogatoriaꝝ derogatorijs: ac fortiori/
bus ꝛ insolitis qb⁹ oīb⁹: illa ēt si ꝑ eis eorūqꝫ to/
tis tenorib⁹ ꝛ datis nō p hmōi gñales clausu/
las ēt spālē mētionē iportātes: sꝫ specifica ꝛ in/
diuidua ac de v̄bo ad v̄buꝫ seu quis alia mētio
hñda eēt pn̄tib⁹ p expssis hñtes: illis alꝭ i suo
robore pmāsuris: quoad ꝑmissa specifice ꝛ no/
minatum derogam⁹: ꝛ ea nemini in ꝑiudicium
ꝑmissoꝝ suffragari posse aut debere: ꝛ irritū ꝛ
inane qcqd secus ꝯtigerit attētari decernim⁹:
necnō oīb⁹ illis q̄ in p̄cis lr̄is nr̄is ꝑfatis ordi/
nibus ꝯcessis volum⁹ nō obstare ceterisqꝫ con
trarijs qbuscūqꝫ. ¶ Vēꝝ qꝛ difficile foret ꝑsen
tes lr̄as ad singulas puīcias originalr̄ destina/
re: volum⁹ ꝛ dicta auct̄e decernim⁹: ꝙ trāsum
ptis eaꝝ manu notarij publici ꝛ curie cāꝝ ca/
mere aplice auditoris vel ptectoris q est vel p
tpe erit: aut alicuius archiepālis vel epālis seu
cuiuscūqꝫ in dignitate ꝯstituti sigillo munitis:
ea prorsus in iudicio ꝛ ex̄ vbicūqꝫ exhibita vel
ostēsa fuerit fides exhibeat̄ idubia: ac si ipse ori/
ginales lr̄e forēt exhibite vł ostēse. Nulli ḡ oīno
hoīuꝫ liceat hāc paginā nr̄e approbōnis: ꝯstō/
nis: ꝯcessiōis: largitiōis: idulti: ꝑscriptōis: vo/
lūtatis: adēptiōis: statuti: mādati: decreti: inhi
bitiōis: ꝛ derogatōis ifrigere: vel ei ausu teme/
rario ꝯire. Si qs aūt hoc ꝛc. Datū Rome apō
scm̄ Petrum āno incarnationis dn̄ice. 1479.
septimo kal. augusti. Pontifi. nr̄i āno octauo.
¶ Alexander sextus iterum concedit oīa pri/
uilegia aliorum trium ordinum mēdicantium
fribus minorib⁹ de obseruātia nūcupatis vbi/
cunqꝫ atqꝫ quartam canonicaꝫ portionem re/
mittit ꝛ ipsis obseruantibus concedit.
¶ Dilectis filijs vniuersis fratribus ordinis
minorum de obseruantia nuncupatis.

a Lexander papa. vj. Dilecti filij. Salutem ꝛ
apo. bn̄. Sacre religionis sub qua de/
uotum ꝛ seduluꝫ exhibere studetis dn̄o famu/
latuꝫ pmeret̄ honestas: vt vos spālib⁹ fauorib⁹
ꝛ gratijs ꝑsequamur. Hinc est ꝙ nos volētes
qeti ꝛ cōmoditati vr̄e pro meritis vr̄is pr̄na
charitate ꝯsulere. Vobis vt de cetero oīb⁹ ꝛ sin
gulis gratijs ꝛ ꝑuilegijs libertatib⁹: imunita/
tib⁹: ꝛ idultis spūalib⁹ ꝛ tpalib⁹ taꝫ frm̄ ꝑdica/
toꝝ q̄ꝫ heremitaꝝ sci Augu. ꝛ beate Marie de
mōte Carmeli: oībusqꝫ alijs mēdicātib⁹ p sedē
aplicā vel legatos eiusdē in gñe ēt p lr̄as apl̄i/
cas Maremagnū nūcupatas: ēt quoad exem/
ptionē a solutione q̄rte locoꝝ ordinarijs ꝛ pa/
rochialiū eccl̄iaꝝ rectorib⁹ debite a qua vos po
tiori p cautela eximim⁹ hactenus ꝯcessis: quoꝝ
tenores ac si de v̄bo ad v̄bū pn̄tib⁹ inserent̄ hē/
ri volum⁹ p sufficiēter expssis vti hēri volum⁹
potiri ꝛ gaudere: ꝛ licite possitis ꝛ debeatis in
oībus ꝛ p oīa pinde ac si vobis specifice ꝯcesse
fuissent. Cōstōnib⁹ ꝛ ordinationib⁹ aplicis: nec
nō oīb⁹ illis q̄ in lr̄is ꝑdictis ꝯcessa sunt nō ob/
stare: ceterisqꝫ ꝯrijs nequaq̄ꝫ obstantibus auct̄e
aplica tenore pn̄tiuꝫ de spālis dono gr̄e indul/
gem⁹: illaqꝫ vobis d̄ nouo ꝯcedim⁹. Datū Ro
me apō scm̄ Petrū sub anulo piscatoris die. v.
Februarij. M. ccccc j. Pon. nr̄i anno nono.
¶ Sixtus. iiij. cōfirmat ꝛ de nouo ꝯcedit oēs
indulgētias a ꝑdecessorib⁹ suis visitātib⁹ eccle/
sias frm̄ carmelitaꝝ ꝯcessas easdeꝫ exp̄mēdo ꝛ
declarādo vt infra. Quas idē Sixt⁹ post moduꝫ
p bullā suprascriptā que dr̄ aurea ad frēs ꝑdi/
catores ꝛ minores: ac sorores scē Clare: atqꝫ ter/
tiarios vtriusqꝫ sexus eorūqꝫ eccl̄ias extēdit ꝛ
ꝯcedit plures alias addendo: ꝛ hoc idem facit
Alexander sextus quoad fratres de obseruan/
tia: vt hic supra: alijs innumerabilibus indulgē
tijs ecclesijs eorum a suis predecessoribus con
cessis in suo vigore relictis.

s Ixtus eps seruus ꝛc. Ad ppe/
tuā rei memoriā. Dudū
attēta meditatōe pēsam⁹ ꝙ gl̄iosissima
dei genitrix Maria v̄go venustissima: ꝛ olim
v̄tutū florib⁹ insignita cui⁹ ineffabilē pulchritu
dineꝫ sol ꝛ luna mirant̄: cui⁹ p̄cib⁹ iuuat̄ pplus
xp̄ianus: ꝛ q̄ floreꝫ imarcessibilē ꝛ eternū dn̄m

nr̃m Iesum xp̃m imensa sci spũs coopante vir/
tute genuit ,pduxitq3 sacrum ordinẽ bte Ma/
rie d mõte Carmeli a scã sede aplica z plurib⁹
romanis põtificib⁹ pdecessorib⁹ nr̃is:z ẽt a no
bis multiplr̃ approbatũ quẽ eiusdẽ gl'osissime
dei genetricis sempq3 virgis Marie spãli titu/
lo voluit isigniri:vt ob eiusdẽ vgis reuerẽtiam
ordo ipse a xp̃i fidelib⁹ merito pampli⁹ venera/
ref:ipsiq3 xp̃i fideles ppea eiusdẽ vgis Marie
suffragijs adiuti eterne retributiõis pmia faci/
lius ɔseq mererenf:dũq3 sublimium dei ordis
vtriusq3 sexus psonaꝝ virtutũ merita deo gdẽ
grata z in cõspectu pdicte sedis accepta digna
memoria recẽsem⁹ ac ordinẽ ipm z illi⁹ psonas
sub sedis aplice z eccl'ie ro. ,ptectione imediate
existeñ.z iter ceteros regularium.ord nũ psel/
sores isirmamẽto catholice fidei militãtes tãq3
religiõis speculũ exemplar spãli charitate sub
geñ.scõrũq3 pphetaꝝ Helye z helisei Enoch:
necnõ z alioꝝ scõꝝ Petrũ q mõtem scm̃ Car/
meli iuxta Helye fontẽ inhabitarũt successiõe
hereditaria teneñ.fruct⁹ quoq3 vberes in quos
dict⁹ sacer ordo in agro militãtis eccl'ie in ,ppa/
gatiõe religiõis z fidei orthodoxe hacten⁹ pro/
duxit vtilr̃ z ,pducit ac in futuꝝ ,pductuꝝ fore
indubitãter impam⁹ pr̃na charitate intuemur
dignũ qui potius debitũ reputam⁹ nos ad illa
debere nr̃os dirigere cogitat⁹ p que ea q̃ p diui
ni cult⁹ glia z dei ordis incremẽto ac xp̃i fide/
liu3 aiaꝝ salute a q̃3 plurib⁹ ro.pontificib⁹ pre/
decessoribus nr̃is ɔcessa dicunf sublatis ambi/
guitatib⁹ q̃ exide emersisse noscunf in sua inte/
gritate psistãt:z tãto firmius obseruenf quãto
erũt sepius predicte sedis munimine stabilita
sane sicut exhita nobis nup pro pte dilecti filij
xp̃osori martignoni dei ordis gñalis magr̃i:ac
sacre theologie ,psessoris petitio ɔtinebat.Licz
multi romani põtifices pdecessores nr̃i ob re/
uerẽtiam gloriosissime z itemerate dei genitri/
cis sempq3 vgis Marie de mõte carmeli z sin/
gularẽ deuotionẽ quã ad illam z predictu3 or/
dinem sub eiusdẽ dei genitricis titulo spãliter
insignitũ gesserũt diuersas idulgẽtias z pctõꝝ
remissiones ac ,puilegia z idulta ipsi ordini z il
lius domib⁹ ɔcesserint q̃ in eisdẽ domib⁹ sunt
recepta:z quoꝝ ɔtinẽtia in publicis scripturis
z dei ordis ecclesijs aptissime repif sub hac.v3.
verboꝝ forma.Leo papa.iiij.oĩbus xp̃i fidelib⁹
qui ecclesias beatissime dei genetricis sempq3
virginis Marie de monte carmeli hmõi in fe/
stis natiuitatis:dñice pasche:aplõꝝ.v3 Petri z
Pauli:penthecostes:assumptõis:natiuitatis:
annũciatiõis:purificatõis:eiusdẽ bte dei gene/
tricis sempq3 virgis Marie sci Michaelis ar/
changeli.Oium scõꝝ.In duob⁹ festis scẽ Cru/
cis:natiuitatis sci Joãnis baptiste.Scõꝝ mar/
tyꝝ Fabiani z Sebastiani:z in die parasceues.
Et p octauas predictaꝝ festiuitatu3:z vocabu/
lis oium ecclesiaꝝ dicti ordis deuote visitaue/
rint z pias elemosynas largiti fuerint seu do/
mos ɔfractas eiusdem ordis reficerent septem
annos z duodeci3 q̃dragenas. Et Adrian⁹.ij.
Stephanus.v.Sergius.iij.Joãnes.x.Joãnes
xj.Sergius.v.z Innocẽ.iiij.q dictum ordĩe3
ɔfirmauit oĩbus xp̃i fidelibus vere penitẽtib⁹
ɔtritis z ɔfessis q predictas ecclesias pie visita/
rent in pdictis festiuitatib⁹ z eaꝝ octauis. Seu
q domos fractas eiusdẽ ordis reficerent vel p
fabricis ipsaꝝ ecclesiaꝝ munera darent vel cõ/
fratriam dicti ordis assumerẽt z eam itrarent:
aut calice3 p missis celebrãdis vel tobalias seu
mappas erogarẽt:vel q in pmissis aut in quo/
libet pmissorum manus porrigerẽt adiutrices
vel qui in suis vltimis testamẽtis aliqd legarẽt
tertiam partẽ oium pctõꝝ u3 in dño relaxarũt.
¶ Itẽ Clemẽs.iij. Alexãder.y. Gregorius.v.
z Greg.vij.in pdictis festis z in quolib3 eorũ/
dem silem grãm largiti sunt. ¶ Ite3 Cle.iiij.
eisdem xp̃i fidelibus q pdictas ecclesias quater
in anno visitarẽt.v3.in quattuor festiuitatibus
eiusdẽ dei genetricis vgis Marie triginta an/
nos z totidem q̃dragenas pie ɔcessit. ¶ Ite3
in priuilegio gñali Lucij pape quarti remittu/
tur ab eodẽ pctã leuia offensa parentum negli
gentie votoꝝ fractoꝝ:dum tñ fractos ad vota
rediret z male acq̃sita si nescif cui restitui debe/
ant dũmõ pdictis locis seu illoꝝ ɔuentib⁹ assi/
gnenf.Demũ Inno.iiij.z Greg.viij.ɔtulerũt
qualz die cuilibet dicẽti Pr̃ nr̃ z aue maria in
ecclesijs semel pro viuis z defunctis q̃dragita
dies idulgentiaꝝ. Rursus Hono.x.Nico.iiij.
Romani põtifices oĩbus vere penitẽtib⁹ z ma
nus adiutrices predictis domib⁹ porrigẽtib⁹ z
illaꝝ fribus oium pctõꝝ suoꝝ veniam polliciti
sunt.Insup Hono.ix.oib⁹ vere penitẽtib⁹ z cõ/
fessis dicti ordis ecclesias visitãtib⁹ seu manus
illis

illis adiutrices porrigētibus.xl.ānos ꝛ totidē
quadragenas de iniunctis eis penitētijs.vꝫ.in
festo vocabulorꝫ ipsarꝫ ecclesiarꝫ ꝛ in die scō pa
rasceues. Necnō in die scē Crucis ac in festiui/
tatibus: natiuitatis: annūciatiōis: purificatio/
nis ⁊ assūptiōis btē dei genetricis sempqꝫ vir/
ginis Marie misericorditer i dn̄o relaxauit atqꝫ
ↄcessit. Ulterius Bn̄dictus papa dedit oībus
vere penitētib⁹ ꝛ ↄfessis q ter in septimana.vꝫ.
quadragesimali tpe. Scda quarta ꝛ sexta ferijs
ꝛ etiam in festis vocabulorꝫ oīum ecclesiarꝫ di/
cti ordis. Necnō dieb⁹ sabbatinis ob beate dei
genetricis sempqꝫ vgīs Marie reuerentiā. Et
in dieb⁹ dn̄icis pie visitarent q̄draginta annos
ꝛ totidē q̄dragenas ꝛ oīuꝫ pctōꝫ septime par/
tis remissionē in dn̄o relaxauit. Oēs idulgen/
tias pctōꝫ remissiones a suis p̄decessorib⁹ ro/
manis pontificib⁹ dicto ordini ↄcessas in dieb⁹
ꝛ in festis p̄dictis duplicādo. Item Ioan.xxij.
oēs indulgētias ꝛ pctōꝫ remissiōes a romanis
pontificib⁹ p̄decessorib⁹ suis dicto ordini ↄces/
sas ↄfirmauit: ꝛ q̄draginta ānos ꝛ totidē qua/
dragenas de iniūctis penitētijs vniuersis xp̄i
fidelib⁹ dci ordis ecclesias in qualibꝫ solēnitate
quattuor festiuitatū btē dei genetricis Marie
vꝫ. natiuitatis: annūciatōis: purificatōis: ꝛ assū/
ptionis contritis ꝛ ↄfessis in dn̄o pia largitiōe
ↄcessit. Successiue Urbanus papa.v. oēs idul
gentias sitr a suis p̄decessorib⁹ dicto ordini cō/
cessas ↄfirmauit atqꝫ in festo annūciatiōis btē
Marie dicti ordis ecclesias visitātib⁹ septē an/
nos ꝛ.xij. q̄dragenas i dn̄o relaxauit. Postre/
mo Nicō papa qntus oēs idulgētias ꝛ pctōꝫ
remissiōes: ac oīa p̄uilegia dicto ordini a supra/
dictis romanis pontificib⁹ p̄decessoribus nr̄is
in p̄dictis dieb⁹ ꝛ festis ↄcessas ꝛ cōcessa pprio
motu duplicādo ↄfirmauit atqꝫ annos septē ꝛ
totidē q̄dragenas in dn̄o relaxauit. Cū sicut p̄/
fati Christofori gn̄alis dci ordis magr̄i relatōe
nup accepim⁹ p eo qꝫ pp singularitatē priuile/
giorꝫ origiales desup lr̄e ad man⁹ gn̄alis p̄dicti
nō puenerūt: nec de illis alr̄ qꝫ vt p̄ferī doceri
pōt circa lr̄as ꝛ p̄uilegia hmōi sup eorūqꝫ vim
ꝛ efficatiā nōnulla dubia sint exhorta aliaqꝫ in
dies suboriri formidanī nisi p nr̄e puidētie stu
diū sup h̄ puideaī oportune: p̄sertim cū ex in/
iuncto nobis desup aplice huitutis offō ad nos
spectet singulorꝫ ordinū cōmodis inuigilare ꝛ
quātum valeam⁹ oīum alas altissimo lucrifacē
cupiētes. Itaqꝫ vt idulgētie ac singule p̄deces/
sorꝫ nr̄orꝫ lr̄e dicto ordini: ac ei⁹ domib⁹ ꝛ eccle
sijs ↄcesse sublatis qbuscūqꝫ hesitationū obsta
culis inuiolabilr obsuenī eisqꝫ put cōcessa di/
cunī idubia adhibeaī fides deuotioqꝫ vniuersi
ppl̄i ēt augeaī: atqꝫ dci ordis ecclie dom⁹ ac cō
uentus conseruenī edificenī ꝛ in eorꝫ edificijs
amplienī: restaurenī: ꝛ reparenī. Predictorꝫ ꝛ
aliorꝫ plurimorꝫ romanorꝫ pontificū p̄decesso
rum nr̄orꝫ q ordinē p̄dictum varijs p̄uilegijs
nō imerito decorarūt: ꝛ quē etiā nos diuersis
alijs gratijs ac p̄uilegijs gratiosissime ꝛ libera/
liter ornauimus vestigijs inherēdo motu p̄prio
nō ad ipsius christofori gn̄alis magr̄i aut alte/
rius dci ordis gloriosissime dei genetricis sem/
perqꝫ virgis Marie de monte carmeli p̄fessorꝫ
vl̄ alterius p eis nobis sup hoc oblate petitio/
nis instātiam: sed de nr̄a mera volūtate ac deli
beratione ꝛ ex certa nr̄a scīa singulas indulgē/
tias: non tn̄ plenarias ac alias spūales ꝛ tpales
grās a predictis seu quibuscūqꝫ alijs romanis
pontificibus predecessorib⁹ nostris dicto ordi/
ni beate Marie de monte Carmeli ꝛ illius do
mibus ecclesijs ac personis in genere vl̄ specie
quomodolibet ↄcessas quarum omniuꝫ teno/
res ꝛ effectus ac si de verbo ad verbuꝫ p̄senti/
bus insererētur hic haberi volum⁹ pro sufficien
ter expressis aucte aplica tenore p̄sentiū in suo
robore suaqꝫ firmitate ↄfirmamus approbam⁹
ꝛ inouamus ac de nouo ↄcedimus supplentes
oēs ac singulos defect⁹ si q forsan quoquo mō
interuenerint in eisdē. Et qm̄ inter scōꝫ ꝛ san
ctarꝫ solēnia gl'iosissime dei genetricis Marie
solēnitates ꝛ festa nūero septē. vꝫ. annūciatio/
nis: visitatiōis: assumptiōis: natiuitatis: conce
ptionis: presentatiōis: ꝛ purificatōis: ac ea que
in honorē sui nois dedicata sūt loca eo solēni⁹
a christi fidelibus conuenit venerari quo ip/
sa de vtero matris sue pcedens fecūda virtuti/
bus ꝛ spūsancto repleta caliganti mūdo igno/
rantie tenebris obducto: ꝛ etiam pp̄lo in tene/
bris ambulāti habitātibusqꝫ in regione vmbre
mortis lucē ineffabilē. vꝫ. dn̄m nr̄m iesum xp̄ꝫ
redēptorē oīum eiusdē spūs scī cooperante vir
tute ex suis purissimis visceribus genuit ꝛ ab
angelo annunciata inter omnes mulieres be/
nedicta predicatur ꝛ cōgrue incomparabiliter

virgo Maria benedicta dr̄ q: mr̄ filij dei effe/
cta suscepit gloriam z itegritatis sue suauit co/
ronā. Et ve est bn̄dicta in mulierib⁹ q̄ sine exē/
plo mulierib⁹ ꝯditionis cū decore virginitatis
gauisa est honore parentis. Idcirco affectātes
vt oēs z singul̄e eccl̄ie in honore z sub inueca/
tione noīs gl̄iosissime dei genetricis Marie de
mōte carmeli p vniuersum orbē fundate z con
structe ac deinceps q̄ annuente diuina clemētia
edificabunt z ꝯstruent cōgrua deuotiōe a xp̄i
fidelib⁹ venerent: ac que imꝑfecte sunt ad opis
cōplemētum deducant ac cōplete ꝯseruentur:
necnō paramētis z alijs ad diuinū cultū ibibi
necessarijs debite ornent. Ipsiq3 xp̄i fideles in
vniuerso orbe ꝯstituti ad easdē eccl̄ias nūc z p
tpe exñtes eo libētius ꝯfluant z ademptiones
ornamētoꝝ hm̄ōi: necnō earūdem ecclesiaru3
cōplemētum ꝯseruationem z diui cult⁹ inhibi
augmētum manus ꝑpitius porrigant adiutri/
ces quo ex hoc ibidē dono celestis grē vberius
ꝯspexerint se refectos. De oīpotētis dei mia ac
bt̄oru3 Petri z Pauli apl̄oꝝ eius auc̄te cō/
fisi oib⁹ xp̄i fidelib⁹ vere penitētib⁹ z ꝯfessis qui
in cōceptionis: p̄sentatiōis: natiuitatis: annū/
ciationis: purificatiōis: visitatiōis: z assūptio/
nis dicte gl̄iosissime dei genitricis sempq3 v̄gi/
nis Marie festiuitatib⁹ a primis vesperis vsq3
ad occasu3 solis dieꝝ festiuitatū hm̄ōi dci ordis
de mōte Carmeli p̄dictas eccl̄ias vbilibet ꝯsti
tutas. Necnō p septe3 dies p̄dictas festiuitates
imediate sequētes: ac et̄ in diebus vocabuloꝝ:
earūdem ecclesiaꝝ deuote visitauerint annuati
ac p̄missa vel eaꝝ aliqua mān⁹ porrexerit adiu/
trices triginta ānos z totide3 quadragenas de
iniūctis eis penitētijs mīsicorditer in dn̄o re/
laxam⁹ p̄ntib⁹ ꝑpetuo valituris. Et q: difficile
admodū foret p̄ntes l̄ras ad singulas ꝑuincias z
loca originalr̄ destinare volum⁹ z dcā auc̄te de/
cernim⁹ q̄ trāsumptis eaꝝ manu publici nota/
rij subscriptōe z p tpe exñtis dci ordis ꝑrecto/
ris vel alicui⁹ archiepalis vel ep̄alis: aut gn̄alis
auditoris camere apl̄ice vel alterius eccl̄iastice
curie seu dci ordis gn̄alis magri sigillo munit3
ea ꝑsus i iudicio z ex̄ vbicūq3 exhibite fuerit
vel ondse fides adhibeat idubia: ac si ipse origi/
nales l̄re forēt exhibite vel ostēse. Nulli g̃ oino
hoium liceat hāc paginā nr̄e ꝯfirmatiōis: ap/
probationis: inouatiōis: ꝯcessionis; supple[ti]o/
nis: relaxationis: ꝯstōnis z volūtatis ifringere
vel ei ausu temerario ꝯire. Si quis aūt hoc at/
tentare p̄sumpserit indignationē oipotētis dei
z beatoꝝ Petri z Pauli apl̄oꝝ ei⁹ se nouerit
incursuꝝ. Datū Rome apud scm̄ Petrū āno
incarnationis dn̄ice. M.cccclxx. septimo kal.
Aprilis. Pontificatus nr̄i anno sexto.

¶ Clemens. iiij ꝯcedit frēs p̄dicatores z mi/
nores ꝯuentuales per bullā sequēte3 posse suc/
cedere in bonis parētum suoꝝ de eis dispone/
re ad eorum libitū ꝯtra regule z ꝑfessionis eoꝝ
formā male iformatus zc. Ideo nunc ꝓhibent
fratres minores maxime reformati z obseruan
tie regularis hm̄ōi z similibus vti zc.

c Lemens ep̄s seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs
magistro z frīb⁹ ordis p̄dicatoꝝ: necnō
mīstro gn̄ali ordis frm̄ minoꝝ. Salutē z apl̄i/
cam bn̄di. Obtētu diui nois cuius cultui sub
sacre vestre religiōis obseruātia studetis mente
deuotissima deseruire votis vestris libēter an/
nuimus z petitiōes v̄ras in his que digne de/
poscitis fauorabilr̄ exaudim⁹. Ex pte siqdē ve/
stra fuit ꝑpositum corā nobis: q̄ nōnulli p̄lati
clerici z laici in diuersis mūdi partib⁹ cōstituti
asserētes vos mūdo fore mortuos nec valentes
ꝑprium possidere vos occasione hm̄ōi ac qui/
buslibet successiōib⁹ excludere moliunt. Qua/
re p pte v̄ra fuit nobis humilr̄ postulatū vt ne
ꝯtingat vos pp hm̄ōi p̄sumptionē taliū aliqd
incurrere nocumētū ꝯgruu3 remediū adhibe/
re p̄rna diligētia curarem⁹. Nos itaq3 v̄ris pe/
titionib⁹ benign⁹ attēdentes auc̄te apl̄ica decla
ram⁹ q̄ vos in tpalib⁹ bonis in qb⁹ succederet3
in seculo exñtes licite possitis succedere z bo/
noꝝ ipsoꝝ possessionē apprehendere ac vēdere
libere bona ipsa eorūq3 p̄cium vtilitatē vestra3
cōuertere ꝑut vobis melius videbit expedire.
Uniuersas aūt iterdicti suspēsionis z excōica/
tionis snīas quas ꝯtra p̄sentis declaratiōis te/
nore3 p quēcūq3 fieri ꝯtigerit decernim⁹ irritas
z inanes. Nulli ergo oino hoium liceat hāc pa
ginam nr̄e declarationis: ac ꝯstōnis infringere
vel ei ausu temerario contraire. Si qs aūt hoc
attētare p̄sumpserit idignationem oipotentis
dei z beatoꝝ Petri z Pauli aplorum eius se
nouerit icursurum. Datu3 Perusij scdo idus
Februarij. Pontificatus nostri anno primo.

Sixtus

¶ Sixtus.iiij. declarat z determinat q̄ iste ali
que alie bulle ēt de lnia data ab ipso fribus mi/
noribꝰ uccededi parentibus etiam ab ītestato
non intelligantur de obseruantibus.

Sixtus papa quartꝰ. Uniuersis z singulis p̄sentes līas inspecturis. Salutē z aplicam bñdi. Licʒ nos dudū ad importunā nō nullorꝫ istan tiam ꝯcesserimꝰ p certas līas nr̄as etiam qua/ rūdaʒ aliaꝫ p̄decessoꝫ nr̄oꝫ cōfirmatorias: vt gn̄alr frēs ordis minoruʒ possint in hereditate succedere parētibꝰ z ꝯsanguineis suis mortuis z morituris ab ītestato hereditatesqꝫ eoꝫ adire z tenere prout in eisdem līis nr̄is quaꝫ tenores hic pro sufficienter expressis hīri volumus ple/ nius ꝯtinet. Nihilominus cū desideremꝰ fami liam z frēs dci ordis de obseruātia nūcupatos sub cura vicarij gn̄alis viuētes quos p̄sno p/ sequimur affectu in sua regulari obseruātia ꝯser/ uare: nec dari eis mām alicuiꝰ scandali vel in/ quietudis cū id expsse aduersaf eoꝫ emisse p/ fessioni z pmisse paupertati. Tenore p̄sentiuʒ ex certa nr̄a scīa decernimus pariter z declaramꝰ mētis ac intētōis nr̄e fuisse z esse: vt p̄dicte no stre z alie sīles līe circa successionē hereditatū hmōi ad frēs familie de obsuātia se nullatenꝰ extendāt: nec eis aut eorū alicui in iudicio vel extra quoquo mō suffrageut neqꝫ vim aliquaʒ habeant seu hēe censeant mādantes in virtute scē Obedientie oibꝰ fribus eiusdem familie de obseruātia ne qs eoꝫ ꝯcessi ne hmōi vti velle p̄sumat quouis p̄textu vel colore. Quinimo in puritate sue regule sicut decet eos pmaneāt perinde ac si līe p̄dicte nunq̄ emanassent: in ꝯtrarium facientibus nō obstātibus qbuscūqꝫ. Ceterūʒ quia difficile foret p̄sens breue ad om nia in qbus opus est loca deferri volumus vt illius trāsumpto manu publici alicuius nota/ rij scripto z sigillo vicarij gn̄alis p̄dicti mu nito ea prorsus vbiqꝫ fides adhibeaf que adhi beretur si idem breue originalr produceref vel ostenderef. Datuʒ Rome apud scm̄ Petrum sub anulo piscatoris. Die septimo augusti. Anno M.cccclxxv. Pontificatus nr̄i anno quarto.

¶ Sixtus.iiij. concedit oibus dicētibus offi cium ꝯceptionis virginis nouiter ordinatum z qui iterfuerint officio eiusdem festi īdulgen/ tias que in festo corporis christi ꝯceduntur.

Sixtus epūs zc. Ad ppetuam rei memoriā. Cū p̄celsa me/ ritoꝫ īsignia qbꝰ regina celoꝫ v̄go dei genitrix gl̄iosa sedibꝰ p̄clara sydereis q̄si stella matutina prutilāt: deuote ꝯsideratiōis idagi: e pscrutamur: z īfra pectoꝫ archana reuoluimꝰ q̄ ipa: vtpote via mie mr̄ gr̄e z pietatis vnica hūani gn̄is ꝯsolatrix p salute fideliū q̄ delictoꝫ onere pgrauanf sedula exoratrix z puigil ad regē quē genuit itercedit dignū q̄ꝫ potiꝰ debituʒ re/ putamꝰ vniuersos xp̄i fideles: vt oipotenti deo ꝯ cuiꝰ puidētia eiusdē v̄gis hūilitatē ab eterno recipiēs p recōciliāda auctori hūana nā lapsu p̄mi hois eterne morti obnoxia tā sui vnigeni/ ti habitaculū scī spūs ꝯpatione ꝯstituit ex qua carnē nr̄e mortalitatꝫ p redēptiōe ppl̄i sui assu meret: z imaculata v̄go post ptū nihilominꝰ re/ maneret de ipsiꝰ imaculate v̄gis mira ꝯceptiōe grās z laudes referāt z istituta ppterea in dei ecclia missas z alia diuina officia dixerit z illis i/ terfuerit idulgētijs: z pctōꝫ remissiōibꝰ iuitare vt exinde fiāt eiusdē v̄gis meritꝫ z itercessione diuine gr̄e aptiores. Hac igif ꝯsideratione iducti de eiusdē oipotētꝫ dei ac btōꝫ Petri z Pauli aploꝫ eiꝰ auctē ꝯfisi: auctē aplica hac ī ppetuū valitura ꝯstōne statuimꝰ z ordinamus q̄ oēs z singuli xp̄i fideles vtriusqꝫ sexus qui missam z offm̄ ꝯceptionis eiusdē v̄gis gl̄iose iuxta piam deuotā z laudabilē ordinationē dilecti filij ma gistri Leonardi de nogarolis clerici veronēsis notarij nr̄i: z qd desup a nobis emanauit misse z offm̄ hmōi istitutionē in die festiuitatis ꝯce/ ptionis eiusdē v̄gis Marie z p octa.eiꝰ deuote celebrauerit z dixerit: aut illis horis canonicis itererint: quotiēs id fecerit eādeʒ p:sus idulgē tiaʒ z pctōꝫ remissioneʒ exinde ꝯsequanf: quā iuxta felicis recordatiōis Urbani.iiij. in ꝯcilio viēnensi. approbatā: ac Martini.v. z alioꝫ ro. ponti. p̄decessoꝫ nr̄oꝫ ꝯstōnes ꝯsequunf illi q missam offm̄ z horas cañ. in festo corporis xp̄i z sanguinis dñi nr̄i Jesu xp̄i: a p̄mis vespis z p il lius octa. iuxta ro. ecclie istōneʒ celebrāt dicūt: aut misse offō z horis hmōi iterfunt pn̄tibꝰ p/ petuis futurꝫ tpibꝰ valiturā. Datū Rome apō scm̄ Petrū. Anno dñi. 1476. tertio kalendas Martij. Pontificatus nostri anno sexto.

¶ Calixtus tertius cōfirmat bullas Eugenij quarti z Nicolai quinti approbātes constitu/

tionem Bonifacij octaui. Super cathedram et reprobantes errores diuersos errores super illam mendicantes in ea confirmando.

c **Calixtus** eps seruus seruorum dei. Ad futuram rei memoriam. Inter cetera que pastorali cure copetunt ea ipsa pculdubio potissima esse decernimus qbus xpi fideles cunctis ppulsis erroribus in vnitate fidei ac pacis gete viuere gloriamqz perpeq beatam pspicimus: sed acceptabile deo multum id ee non ambigimus quo religiosas psonas xpo famulantes nre vigilantie misterio: ac iustitie fauore puilegijs eisde a scta sede aplica matura cum deliberatione pcessis nullo colore impediri: sed libere frui intuemur. Nup siqdem nec sine quada animi displicentia ex relationibus plurimor fide dignor pcepimus qd qdqz felicis recordatiois Bonifacius papa. viij. pdecessor nr in sua pstitutione que icipit. Sup cathedram. qua pstonez siue decretale postmodu pie memorie Clemens papa. v. et pdecessor nr in suo pcilio vienensi inouauit: et que sub sequenter ad heremitar sci Augustini et gloriosissime dei genitricis sempqz virgis Marie de monte Carmeli ordinu fres p sede aplica extensa fuit inter cetera statuerit et ordinauerit qp in singulis ciuitatibus et diocesibus in qbus pdicator et minor ordinu frm loca psisterent: ac in locis ipsis vicinis in qbus loca hmoi no hrent magri et priores pncipales pdicatorum aut eor vicarij gnales: ac puinciales mistri: necnon custodes minoru ordinu pdictor ad psentiam plator ibidez se pferrent p se vel fres quos ad hoc idoneos fore putauerint humilr petituri: vt fres q ad hoc forent electi in eor ciuitatibus et diocesibus pfessiones suor subditor pfiteri sibi voletium audire libere valerent: ac eisdem pfitentibus put fm deu expedire cognoscerent pnias iponere salutares: ac bnficium absolutois impendere de lnia gra et bnplacito eorude pfatiqz magri priores et ministri studerent eligere psonas idoneas: ac sufficientes vite pbate discretas modestas atqz peritas ad tam salubre misteriu et offm exequedu. Quas sic electas platis ipsis pntarent vel facerent pntari: vt de illor lnia et bnplacito ciuitatibus et diocesibus eorude psone: sic electe hmoi cofessiones sibi pfiteri voletium audirent: et eis imponerent pnias salutares: ac bnficium absolutionis impenderent: ac etiam bone memorie Johannes papa. xxij. pdecessor nr certos errores dānauerit et reprobauerit de assensu frm suor ecclesie ro. cardinalium: necnō celebris recordationis Euge. papa. iiij. etiā pdecessor nr errores ipsos pro falsis erroneis et aduersantibus sacris canonibus dānatos reprobosqz declarauerit cum quibusdam alijs atqz decreuit. Et subsequenter pie memorie Nico. papa. v. sifr pdecessor nr de frm suor: psilio de quor nūero tūc eramus dcī Eugenij pdecessoris lras in oibus et per oia approbauerit et pfirmauerit: put in singulis Eugenij et Nicolai pdecessorum lris hmoi plenius continetur. Quar qdem tenor seqr et est tal.

Nicolaus eps suus suor dei. Uniuersis et singulis venerabilibus fribus patriarchis archiepis et episcopis: ac dilectis filijs electis et abbatibus vbilibet pstitutis ad quos pntes lre puenerint. Salute et aplica bndi. Prouisiois nre dz puenire subsidio vt ea que a bone memorie pdecessoribus nris in religiois augmetuvtilr gesta sunt illesa pmaneant et ab oibus inuiolabilr obseruent. Hic est qp nos tenores quarūdā lrar felicis recordatiois Eugenij pape quarti pdecessoris nri in ipsius registro reptas de registro ipso de vbo ad verbum trāscribi et pntibus annotari fecimus q sunt tales.

Eugenius eps suus suor dei. Uniuersis et singulis venerabilibus fribus: patriarchis archiepis et episcopis: ac dilectis filijs electis et abbatibus vbilibet pstitutis ad quos pntes lre puenerint. Salute et aplica bndi. Egregis nobis crediti curā gerētes puigilē studijs efficere conamur assiduis: vt p quorum salute lāguores humanos altissimi filius perpeti voluit fideles execrādis nō inuoluant erroribus: sz nri directōe misterij put supna gra ptulerit a noxijs et dispēdijs iugiter pseruent: et vt et vos in pte solicitudis vocati pro dictis exstirpādis erroribus opē et operā seruētius impendatis vos p inuncto nobis offō excitamus. Dudū siqdē felicis recordatiois Bonifa. papa octauus pdecessor nr i sua pstōe q icipit. Sup cathedrā pstōne siue decretali quā postea pie memorie Cle. papa. v. et pdecessor nr in viēnensi pcilio inouauit: et q subsequēter ad heremitar sci Aug. et bte dei genitricis sēpqz virgis Marie de monte Carmeli ordinum fres p sedē aplicā extensa

extensa fuit iter cetera statuit ꝛ ordinauit ꝙ in
singulis ciuitatib⁹ ꝛ diocesib⁹ in qb⁹ p̄dicatoꝝ
ꝛ minoꝝ ordinū frm̄ loca ꝯsisterent: ac in locis
ipsis vicinis in qb⁹ hmōi loca nō hient magri
ꝛ priores ꝓuinciales mīstri: necnō custodes or/
dinum p̄dictoꝝ ad p̄ntiam p̄latoꝝ ibidē se cō/
ferrent p se vel p frēs quos ad hoc idoneos fo/
re putarēt humilr petituri: vt frēs q ad hō ele/
cti forēt in eoꝝ ciuitatib⁹ ꝛ diocesib⁹ ꝯfessiones
suoꝝ ꝯfiteri sibi volētium audire libere valerēt
ꝛ hmōi ꝯfitentib⁹ ꝓut fꝫ deū expedire cogno/
scerēt pnias iponere salutares: ac bn̄ficium ab/
solutiōis impēdere de lnia grā ꝛ bn̄placito eo/
rūdem. Prefatiqꝫ priores ꝛ mīstri studerēt eli/
gere p̄sonas idoneas sufficientes vite ꝓbate di
screctas modestas atqꝫ peritas ad tā salubre mi/
nisteriū ꝛ offm̄ exequēdū: quas si electas p̄latꝫ
ipsis p̄ntarent vł p̄ntari facerēt: vt de eoꝝ lnia
ꝛ bn̄placito in ciuitatib⁹ vel diocesib⁹ eorūdem
p̄sone sic electe huiusmodi ꝯfessiōes sibi ꝯfiteri
volētium audirēt ꝛ eis iponerēt pnias saluta
res: ac bn̄ficiuꝫ absolutōis impēderent: ꝓut in
ipa ꝯstōne siue decretali plenius ꝯtinet. Et licꝫ
postmodū ad pie recordatōis Joan. pape. xxij.
etiā p̄decessoris nr̄i notitiaꝫ deducto ꝙ quon/
dā Joānes de poliaco magr̄ i theologia seque/
tes articłos tenuerat publiceqꝫ docuerat ꝙ cō
fessi frīb⁹ lniam gn̄alē ꝯfessiōes audiēdi hn̄tib⁹
eadē pctā q̄ ꝯfessi fuerant iteꝝ ꝓprio sacerdoti
cōfiteri teneant ac stāte statuto. Ois vtriusqꝫ
sexus in ꝯsilio gn̄ali nec de⁹ nec roman⁹ pōtifex
facere pōt ꝙ parochiani non tenerent oīa pctā
sua semel in anno ꝓprio sacerdoti. s. parochiali
curato ꝯfiteri. Quiqꝫ nō posset papa gn̄alē dare
ptātem audiendi ꝯfessiōes: imo nec de⁹ qn cō/
fessus gn̄alem hn̄t lniam teneret eadē iterum
ꝓprio sacerdoti veluti parochiali curato ꝯfite/
ri. Dict⁹ Joānes p̄decessor nr̄ a q̄bis que Uas
electiōis ꝓtulit exordiū sumēs habita ide per
p̄les sacre pagine ꝯfessores examinatiōe dilige/
ti: necnō de venerabiliū frm̄ suoꝝ ro. eccłie car
dinaliū ꝯsilio ꝛ assensu p̄fatos articulos tanqꝫ
falsos ꝛ erroneos ꝛ a sana doctrīa deuios auc̄te
apłica dāmauerit ꝛ reprobrauerit. Ipseqꝫ Joan
nes de poliaco veris rōnib⁹ opiōni quā duduꝫ
habuerat ꝛ ꝯtrijs ꝛ qb⁹ rn̄dere non poterat de/
mōstratos eosdē articulos non esse veros: affir/
mans illos in ꝯsistorio publico: necnō ipsorum
Joānis pape ꝛ cardinaliuꝫ p̄ntia reuocauerit:
tn̄ sicuti nup frm̄ ordinuꝫ lamētabili eorūdem
querela ad nr̄m non sine displicētia graui ꝑue
nit auditū p̄les eccłiastice necnō alie vtriusqꝫ
sexus p̄sone reprobos supstitiososqꝫ articulos
hmōi amplexantes fideliūqꝫ aīos īficere: ac eis
vt frīb⁹ ordinū hmōi nō ꝯfiteant: ꝛ ab eoꝝ de/
uotiōe retrahere molientes nedū p̄dictos: sed
ꝛ alios ēt sacris canonib⁹ oīno ꝯtrios articulos
astruere publice nō verent. vꝫ. ꝙ ꝯfessis frībus
sic electis ꝛ admissis facta dubitabilis sit ꝛ icer
ta. Un̄ tenent oēs icertū dimittere: ꝛ sic solum
ꝯfiteri suis sacerdotib⁹ curā aīaꝝ hn̄tibus sub
pena peccati mortalis: ac q̄uis ipsi frēs admis/
si auc̄tem hēant ꝯfessiōes audiendi ꝛ absoluē/
di: tn̄ ad eos accedēdi ppl's subiect⁹ sine lnia ꝓ/
prij sacerdotis nō hꝫ ptātem: frēs quoqꝫ priui/
legia pro ꝯfessionibus audiendis ꝛ sepulturis
hn̄dis petētes in pctō mortali ꝛ romani pōti/
fices illa mēdicātib⁹ ꝯcedentes siue ꝯfirmātes
etiā in filī pctō ꝛ excōicati sunt: ac dci frēs mē/
dicantes non pastores: sꝫ fures latrones ꝛ lupi
censent. Sacerdos aūt curat⁹ mēdicātib⁹ ꝯfes/
siones audiendi lniaꝫ dans magis sup isto sta/
tuto. Ois vtriusqꝫ sexus dispēsat q̄ꝫ papa: frīb⁹
lniaꝫ tribuens iuxta formā decretalis añdicte.
Nos igit aīaꝝ ꝛ alia q̄ p̄missoꝝ articuloꝝ oc/
casione: nisi ꝓdeuntes ide ꝯfutarentur errores
succedere possent pericula trepidātes: ac illis
quātum in nobis fuerit obuiare cupiētes oēs
articulos vna cū venerabilib⁹ frīb⁹ nr̄is sancte
ro. ecclesie cardinalib⁹ mature ispexim⁹: ꝛ p di/
uersos in iure canonico doctores ꝛ sacre pagi/
ne ꝓfessores diligēter examinari fecim⁹. Et qꝛ
ꝓrinus illos falsos ꝛ erroneos: ac eisdē canoni
b⁹ aduersos fore reperimus illos de dictoꝝ frm̄
nr̄oꝝ scē ro. eccłie cardinalium ꝯsilio ꝛ assensu
auc̄te apłica p falsis ꝛ erroneis ꝛ aduersantib⁹
sacris canonib⁹ dānatos reprobosqꝫ declaram⁹
atqꝫ decernim⁹. Quo circa vniuersitati vr̄e per
apłica scripta mādam⁹: q̄ten⁹ singuli vr̄ꝫ q sup
his a quoqꝫ p̄dictoꝝ ordinū p̄dicatoꝝ mioꝝ
ꝛ Augustinē. ꝛ glīosissime dei genitricis semp/
qꝫ ꝟgis Marie de mōte Carmeli sup p̄missis
priuilegioꝝ magro gn̄ali ac ꝓuinciali mīstro vi/
cario vel alio gerēte offm̄ fueritis requisiti ad
confutandos ꝛ reprimendos: ac penit⁹ tollen/
dos hmōi errores (prout in prefatis decretali

fine ꝯstitutione sup cathedrã ac extrauagãte. Uas electionis ꝑtinẽt) diligenti studio ac cura prouideatis ⁊ intẽdatis ꝑ[illegible] ꝯstitutões in/ tegre seruãres faciatis ab oībus inuiolabiliter obseruari. Et si quos forsan hmõi damnatos vt ꝑsert articulos aut aliquẽ seu aliquos eoꝝ ptinaciter asserere vel temere pdicare inueneritis: ꝯtra illos cõiter vel diuisim tanq̃ ꝯtra hereticos ⁊ de catholica fide suspectos ꝓcedere nec/ nõ ipsos ⁊ eoꝝ quẽlibet iuxta tãtoꝝ excessuū qualitatẽ p censurã ecclesiasticã ⁊ alia oportuna iuris remedia auctẽ pdicta cõpescere studeatis. Nõ ꝯriū facientib⁹ nõ obstãtib⁹ qbuscūq;. Nulli ergo oino hominū liceat hãc paginã nr̃e declarationis ⁊ ꝯstitutiõis isringere vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attentare p̃su/ pserit idignationem oipotẽtis dei ⁊ beatorum Petri ⁊ Pauli aplõꝝ ei⁹ se nouerit incursuꝝ. Datū Rome apud Sãctū Petrū anno icar/ nationis dñice Millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto. xvij. kalendas Februarij. Pontificatus nostri anno sextodecimo.

¶ Ceteꝝ vt earūdẽ lr̃aꝝ tenores maioris robo ris ⁊ efficacie cẽseant nos de venerabiliū fratrū nr̃oꝝ scẽ Romane eccl̃ie Cardinaliū ꝯsilio ⁊ assensu easdẽ pdecessoris nr̃i lr̃as in oib⁹ ⁊ per oia innouãtes approbamus ꝯfirmamus ⁊ p̃ntis scripti patrocinio cõmunus. Nulli ergo oino hominū liceat hãc paginã nr̃e inouatiõis approbationis: ꝯfirmatiõis: ⁊ cõitionis infringere vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attentare p̃sūpserit idignationẽ oipotẽtis dei ⁊ btõrū Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit icursu/ rū. Datū Rome apud sanctū Petrū anno in/ carnatõis dominice. M. cccc. xlviij. tertio kals Junij. Pontificatus nr̃i anno secundo

¶ Uerūtñ dū pridẽ in vigilia pẽthecostes ꝓ/ xime pterita p̃fate lr̃e Nicolai pdecessoris nr̃i venerabili Fratri nostro epo Parisiensi: seu in ei⁹ epali curia p̃ntate forent. Dilect⁹ fili⁹ Gui/ lelmus rineti p tūc Rector vniuersitatis Pa/ risiensis easdẽ ipediri fecit asserens dicti Nicolai pdecessoris nr̃i lr̃as de falso plurimū suspectas pacis in eadẽ vniuersitate solemniter iura te ⁊ stat⁹ hierarchici in eccl̃ia scã dei plurimū turbatiuas ⁊ scãdalosas ⁊ aduersas iuris cõis sanctionibus sacris ⁊ pragmatice sanctioni: ⁊ qđ sup illis renūciãdo ⁊ illaꝝ reuocatoria impe/ trando religiosi quattuor ordinū mẽdicantiū fuerūt atterius summati qđ facere rẽnuerant ⁊ distulerãt p suas patẽtes lr̃as vniuersis notū fecit q̃ ex causis p̃missis ⁊ alijs rõnabilibus de mãdato spãli ⁊ matura deliberatiõe ⁊ ꝯclusione dicte vniuersitatis oẽs ⁊ singuli illius de dictis quattuor ordinib⁹ mẽdicãtiū a gremio p̃fate vniuersitatis erant ꝑpetuo priuati nõ iurati aut ab eiusdẽ vniuersitatis ꝯ̃sortio ⁊ graduum in eadẽ susceptione fuere resecati. Si aūt dictis suis obtemperarẽt ꝯclusionib⁹ cū effectu eadẽ vniuersitas cū eisdẽ minime agere intendebat. Et ẽt cū statutis ⁊ priuilegijs dicte vniuersitatis ⁊ precipue felicis recordationis Alexandri quarti: iter cetera ꝯtineri dicat: q̃ si forte magistris ⁊ scolaribus dicte vniuersitatis hospitioꝝ subtrahat taxatio aut eis vel alicui ipsoꝝ iniuria vel excessus inferetur enormes vtpote mortis vel mẽbri mutilatio: nisi ꝯgrua monitione p̃missa isra quindecim dies foret satisfactū liceret eisdẽ magistris ⁊ scolarib⁹ vsq; ad satisfactionẽ ꝯdignã suspẽdere lectiões: ⁊ si aliquẽ eoꝝ īdebite icarcerari ꝯtingeret: fas esset ipsis (nisi monitione p̃habita cessaret iniuria) a lectione cessaret: q̃q; si ꝑ aliqua ex causis in ꝯstitutione pie memorie Gregorij pape octaui ꝯtẽtꝭ eadẽ vniuersitas lectões duceret suspẽdẽdas oẽs magistri tã r̃lares q̃ seculares ipsas suspẽdere tenerent: bas nisi cū vniuersitate minime resumpturi. Eueniatq; iterdū vt ex causis premissis ab hmõi lectionib⁹ cessatio fiat: rector ⁊ vniuersitas religiosos vt de alijs taceam⁹ nõ solū a lectionib⁹ hmõi verumẽt a pdicationibus ibi dei cessare cõpellūt in sedis aplice irreuerẽtiã ⁊ fidei xp̄iane dispẽdiū ac perturbationẽ dictoꝝ religiosoꝝ: necnõ malū exẽplū ⁊ scãdalū plurimoꝝ. Quare p parte dictoꝝ religiosoꝝ nobis fuit hūiliter supplicatum vt in p̃missis oportune ꝓuidere paterna diligẽtia curarem⁹. Nos igit ad quos ex officio nobis cõmisso ptinet in p̃missis vigilantie nr̃e curas adhibere scientes q̃ pdicte Nicolai lr̃e matura cū deliberatione ꝓcesserūt ⁊ q̃ nullo capite repudiãde sūt nec de falsitate aut subreptione vel obreptione suspecte nec stat⁹ hierarchici in ecclesia dei turbatiue vel scãdalo se nec sacris canonib⁹ aduersantes sed poti⁹ ꝓ̃one ⁊ saluti aiaꝝ xp̄i fideliū plurimū ꝓfectui e easq; de venerabiliū frm̃ minorum

et tantis daret coruscare miraculis quod eius inter alios sanctos nō inuocari suffragia est idignū de ipsius miraculis testes recipi mādaremus. Nos attendentes quod licet ad hoc vt aliquis sanctus sit apud deū in ecclesia triūphāte sola sufficiat finalis perseuerātia iuxta illud. Esto fidelis vsque ad mortem et dabo tibi coronā vite. Ad hoc tamen vt sanctus habeat apud homines in ecclesia militante: duo sunt necessaria virtus morum et vitas signorum: merita. videlicet et miracula vt hec et illa sibi ad inuicem attestent cū nec merita sine miraculis nec miracula sine meritis plene sufficiāt ad phibendū inter homines testimoniū scitate. Sed cū merita sana pcedāt et clara succedunt miracula certū pbent iudiciū sanctitatis: vt nos ad ipsius venerationem iducant quē deus ex meritis pcedentibus et signis subsequētibus exhibet venerādū: que duo ex verbis euāgeliste plenius colliguntur. Illi aūt profecti pdicauerūt vbique dño cooperāte et sermonē pfirmante sequētibus signis. Eidē epo et dilectis filijs fri Iordano sancti Bndicti et I. sancti Augustini priorib ordis frm predicatorū paduan. receptionē testiū de miraculis eius dē sancti duximus cōmittendā. Nup aūt iā per relationē pdictorum epi et priorum quia p depositiones testium sup hoc receptorum de ipsius virtutibus et miraculorum isignis certiores effecti et experti aliquā p nosipsos sanctitatē vite et admirabilē puersationē ipsius: vtpote q apud nos fuit aliquādiu laudabiliter puersatus: eisdē epo potestate ac cōmune pdictis p solēnes nūcios suos et lras nobis cū instātia denuo supplicātibus quod eūdem frēm sanctorum cathalogo asscribere curaremus: vt aucte (sicut cōuenit) apostolica dignus honor illi exhiberetur in terris: quod sicut claris signis et euidentibus argumentis apparet honoratur in celis ipsum quod corporaliter dissolutus cū xpo esse meruit in celestibus ne illius honore et debite et glie detrahē quodāmodo videremur si glorificatū a dño permitteremus vlterius humana deuotione priuari: de frm nostrorum psilio et platorum olum tunc apud sedem apostolicā existentium cathalogo sanctorum duximus asscribendum. Cū igitur sm euangelicam veritatem nemo accendat lucernam et ponat eam sub modio sed super candelabrū vt oēs qui in domo sūt lumen videant: et predicti sancti lucerna sic arserit hactenus in hoc mundo: quod per dei gratiā iam non sub modio: sed super candelabrum meruerit collocari. Uniuersitatem vestrā rogamus monemus attentius et hortamur p apostolica vobis scripta mandantes: quatenus deuotionē fidelium ad venerationem ipsius salubriter excitātes festiuitatem ipsius Idibus Junij annis singulis celebretis et faciatis solemniter celebrari: vt eiusdē precibus dñs exoratus gratiā in pñti: et gloriam nobis tribuat in futuro. Nos aūt cupientes sepulchrum tanti pfessoris qui miraculorum fulgoribus illustrat ecclesiā gñalem: congruis honoribus frequentari: oibus vere penitentibus et pfessis illud in festiuitate ipsius vsque ad octauū diem annis singulis cū reuerentia debita visitantibus de oipotentis dei mia et btōrum Petri et Pauli aplorum eius auctoritate pfisi annū vnū de iniūcta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Spoleti. xvj. kal. Julij. Pōtificatus nostri anno sexto.

¶ Gregorius papa .x. Quod frēs perpetuo sint pteti officio romane ecclesie excepto psalterio. Et quod illi q interfuerint diuino officio nō teneantur offim reiterare siue iterum dicere. Originale est parisius Carnoti methis et brugis.

Gregorius epūs seruus seruorū dei. Dilectis filijs generali ministro et vniuersis fribus ordis frm minorum pñtes lras inspecturis. Salutē et aplicam bñdi. Pio vestro collegio qd sibi libenter thesaurum quiete conscientie thesaurizat id grē digne pcedimus quod ab eo fluctum mētis excutiat: et ipsum in spūs tranquillitate disponat. Uestre itaque precibus deuotionis inducti vt obseruantia moderni diuini officij qd breuiarijs vestris exacta diligētia correctum a nobis ex statuto regule vestre iuxta ecclesie romane morē excepto psalterio celebrare debetis sitis pteti perpetuo: necnō vt si aliqui vestrum diuino intersunt officio cū alijs celebrantes tunc eis illud sufficiat et ad dicendum offim proprium minime teneantur: vobis aucte pñtium indulgemus. Nulli ergo oino hoium liceat hac paginā nre concessionis infringere vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit: indignationē omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lateranī. vij. Idus Junij Pon. nri anno. xv.

¶ Innocentius

¶ Innocentius papa.iiij. Q᷑ fratres nostri sa/
cerdotes possunt absoluer christianos in terra
paganorum ꝛ aliorum infidelium a sententiis
excommunicationis: ꝛ penitentiam suoꝝ pec/
catorum iniungere. Originale est parisius.

i **Innocētius** eps seru⁹ suo/
rū dī. Dilectꝫ
filijs fratribus ordinis frm̄ minorum pre/
sbyteris in terras Serracenorum paganorum
aliorūq; infidelium proficiscentibus. Salutem
ꝛ apostolicam benedictionem. Animaruꝫ salu/
tem desiderio feruenti querentes auctoritate
vobis presentiuꝫ indulgemus: vt cum in Sar
racenorum ꝛ paganorum aliorumq; infideliuꝫ
terra fueritis liceat vobis christianis ibidem
morantibus confessione peccatorum suorum
audita penitentiam salutareꝫ iniungere: ac ip/
sis si aliquibus excommunicationis sententijs
sunt astricti iuxta formam ecclesie absolutionis
beneficium exhibere. Nulli ergo omnino ho/
minum liceat hāc paginam nostre concessio/
nis infringere vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare presumpserit in/
dignationem omnipotentis dei ꝛ beatorū Pe
tri ꝛ Pauli apostolorum eius se nouerit incur
surum. Datum Janue.iiij. Nonas Octobris.
Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Innocentius quartus ꝯcedit q̄ venientes
ad ordinē ante ꝛ post ingressum possunt a mi/
nistris ꝛ custodibus ab omnibus sententijs cē/
suris ꝛ penis suspensionis interdicti ꝛ excom/
municationis absolui: satisfaciendo tamen vbi
propter hec fuerūt ligati. Originale est parisi.
trecis ambianis ꝛ brugis.

i **Innocentius** episcop⁹ ser
uus seruoꝝ
dei. Dilectis filijs generali ac prouin/
cialibus ministris ꝛ custodibus ordinis fratrū
minorum. Salutem ꝛ apostolicaꝫ benedi. Ce/
lestis amor patrie mentes vestras sic alexisse
perspicitur vt quasi hoc solum delectationem
vobis tribuat quod diuine voluntati sit placi/
tuꝫ: ꝛ salutem proferrat animarum. Procedit
ex hoc q̄ nos vestris pijs petitionibus fauo/
rem largiri beniuolum delectantes maxime cū
ex apostolica cura teneamur officij circa reli/
gionis augmentum attenti ꝛ vigiles inueniri
vobis auctoritate p̄ntium indulgem⁹: vt volē/
tibus vr̄o aggregari collegio: q̄ suspēsionis aut
iterdicti: vel excōicationū sentētijs sunt ligati:
absolutionis b̄n̄ficium iuxta formā ecclie ipar/
tiri: ꝛ ipsos in frēs recipe ac eos q̄ post assūptū
habitū recoluerint se talib⁹ in seculo fuisse sen/
tētijs inodatos s̄m formā ipsam absoluere va/
leatis. Ita tn̄ q̄ si aliq̄ ex eisdeꝫ hmōi sentētijs
pp debitum sunt astricti satisfaciant vt tenent.
Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e
ꝯcessionis infringere: vel ei ausu temerario cō/
traire. Si q̄s aūt hoc attētare p̄sumpserit indi/
gnationē oīpotentis dei ꝛ btōꝝ Petri ꝛ Pau
li aplōꝝ eius se nouerit icursuꝝ. Datū Lugdu
ni.viij. kal̄s Februarij. Ponti. nr̄i. anno. ij.

¶ Innocētius.iiij. exprimit certa grauamina
a nōnullis maxime q̄busdā ecclie p̄latis gratis
illata fratribus a q̄bus mādat vt abstineāt: ꝛ alle/
gat qualiter ordo iste minorum ab Innocētio:
Honorio: Gregorio: ꝛ ab ipso est approbatus ꝛ
regula ꝯfirmata ꝛc̄. Dando executores: defen/
sores: archiep̄os remēsem: senoneñ. xantoneñ.
ꝛ ep̄m Parisieñ. Que ēt prius quasi sub eodeꝫ
tenore per Gregorium.ix. ꝛ postea per Alexan
drum.iiij. data fuit. Et in iure describit in de/
cretalibus titulo de excessibus prelatoꝝ. Ori.
est Trecis: Merbis: Ebroicis: ꝛ Duaci.

i **Innocentius** eps seruus
seruoꝝ dei.
Venerabilib⁹ fratribus remeñ. senoneñ.
ꝛ xātoneñ. archiep̄is ꝛ parisieñ ep̄o. Sa. ꝛ apl̄i.
bn̄di. Nimis iniqua vicissitudine largitori bo
noꝝ oīuꝫ rn̄det: dū hi q̄ de xp̄i patrimonio im
pinguati luxuriāt dānabilr̄ in eodē xp̄m paten
ter in famulis suis p̄sequi nō verent: ac si fact⁹
sit impotēs dn̄s vltionum. Cū enim dilecti fi/
lij frēs minores abnegantes salubriter semetip
sos elegerint: in altissima pauptate christo pau
peri ad placitum famulari (tanq̄ꝫ nihil haben/
tes ꝛ oīa possidentes) non desint pleriq; tam
ecclesiarum p̄lati q̄ꝫ alij qui ceca cupiditate tra
ducti ꝓprie auiditati subtrahi reputātes quic/
quid predictis fratribus fidelium pietas elargit:
quietem ipsoꝝ multiplr̄ inquietant: molestia/
rum occasiones exq̄rentes varias cōtra ipsos.
Volunt nāq; ꝛ si non oēs ipsis inuitis eoꝝ cō/
fessiones audire: ac eis iniungere penitētias: ꝛ
eucharistiā exhibere: nec volūt vt corpus chri
sti in eoruꝫ oratorijs reseruetur: ꝛ fratres ipso/

tuꝫ defunctos apud ecclias suas sepeliri cōpellunt ⁊ illoꝝ exeqas celebrari. Et si qs deceden tiū frm̄ alibi q̄ȝ in ecclesijs suis eligit sepulturā funus pmo ad ecclesias suas deferri cogūt: vt oblatio suis vsib⁹ cedat: nec sustinētes eos hic cāpanā vel cimiterium bn̄dictū; certis tm̄ tēporib⁹ pmittūt ipsos celebrare diuina. Volunt ēt in domib⁹ eorūdeꝫ certū numeꝝ frm̄: sacerdotum: clericoꝝ ⁊ laicoꝝ: necnō cereoꝝ lāpadaꝝ ⁊ ornamētoꝝ ꝑ sua volūtate taxare: ac residuū cereoꝝ qn̄ nouiter apponunt exigūt ab eisdeꝫ nec pmittunt: vt noui sacerdotes eoꝝ alibi q̄ȝ in ecclesijs suis celebrēt pmas missas eos nihilomin⁹ compellentes: vt in quotidianis missis quas in suis locis ⁊ altarib⁹ celebrāt oblationes ad opus eoꝝ recipiant ⁊ reseruent. Quicqd ēt eis dū celebrāt missaꝝ solēnia itra domoꝝ suarū ambitū pia fidelium donatiōe donat ab ipsis extorq̄re oblationis noie ptendētes: qd̄ eisdem tā in ornamētis altaris q̄ȝ in libris ecclesiasticis absolute ꝯfertur vendicāt pperam iuri suo cogendo eos ad sinodos suas accedere: ac suis ꝯstōnib⁹ subiacere. Nec his ꝯtenti capla ⁊ scrutinia in locis frm̄ pro his corrigēdis facturos se cōminant fidelitatē iuramēto firmatam ab eoꝝ ministris ⁊ custodib⁹ exigētes. Eis quoq̄ȝ vt tam extra ciuitates q̄ȝ itra cum eis pcessionalr̄ veniant ex leui cā mādantes: excōmunicatōis snīam fulminat in bn̄factores eoꝝ: ⁊ idipm frib⁹ cōminātes eos de locis in qb⁹ dn̄o famulant satagūt amouere: nisi eis obediant in oib⁹ supradictis. Ad hec ne frēs ad honorabiles ciuitates ⁊ villas vbi religiose ac honeste valeant cōmorari a pplis deuote vocati accedē audeant: inhibētes taꝫ in accedētes frēs q̄ȝ in receptatores eoꝝ ꝑsumāt excōicatōis sniaꝫ pmulgare. Ab eis ēt ð ortoꝝ fructib⁹ decimas: necnō dē habitaculis frm̄: sicut de iudeoꝝ domib⁹ cōtēdunt reddit⁹ extorq̄re asserendo: qd̄ nisi frēs morarent ibidē eis ab alijs habitatorib⁹ puēt⁹ aliq̄ soluerent. Et vt ipsos sue subdāt totalr̄ ditioni eisdē ministros ⁊ custodes volūt pficere ꝑ sue arbitrio volūtatis. A qb⁹ oib⁹ s. m̄ molestijs qdā etiam ex venerabilib⁹ frib⁹ nr̄is archiepis ⁊ epis: ac dilectis filijs abbatib⁹ ꝑorib⁹ ⁊ ceteris ecclīaꝝ plaris: ac alijs p regnū Frācie ꝯstitutis non oino abstinē dn̄r. Cū igit ordo pdictoꝝ s. m̄ a bone memorie Innocētio: Honorio: ⁊ Greg. pdecessorib⁹ nr̄is ⁊ nobis ipsis dignis eoꝝ sic exigētib⁹ meritis approbat⁹: ac ipsoꝝ rl̄a cōfirmata: ne aplice sedis statuta q̄ iam dcī Archiepi ⁊ epi ac plati ⁊ alij humilr̄ suscipere: ac reuerēter seruare tenent ꝯtemnere videant vniuersitatē eoꝝ monemus attēte nr̄is sibi dantes lrīs firmiter in pceptis: vt ꝯsciētie ac fame sue salubriter ꝯsulentes vniuersi ⁊ singuli a pnoīatis ⁊ alijs pdictoꝝ fratruꝫ grauaminibus oino desistant subditos suos ab his arctius compescēdo. Quocirca fraternitati vestre p aplica scripta firmiter pcipiēdo mandamus: quatenus si dicti archiepi ⁊ epi: ⁊ alij preceptum nr̄m neglexerint adimplere. Vos eos ad oia supradicta seruanda monitione premissa aucte nostra sublato cuiuslibꝫ ꝯdictionis ⁊ appellationis obstaculo appellatis. Non obstante ꝯstitutione de duabus dietis edita in cōcilio gnali. Si vo nec sic mādatis nostris curauerint obedire nouerint nos sup hoc memoratis fratrib⁹ aliter auctore dn̄o prouisuros. Q̄d si non oēs his exequēdis potueritis vl̄ nolueritis interesse singuli vestrum ea nihilominus exequatur. Datuꝫ Lugduni quinto kal̄s Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.

¶ Innocētius. iiij. ꝯcedit q̄ fratres non teneantur recipere executiones causaꝝ seu sniaruꝫ ab aliquo: nisi in lrīs aplicis fiat spālis mentio de istis ⁊c. Originale est Trecis ⁊ Brugis.

Innocentius epūs seruus seruoꝝ dei.

Dilectis filijs Generali ministro ⁊ vniuersis fratribus ordis frm̄ minoꝝ. Salutem ⁊ aplicam bn̄dictionē. Quieti vr̄e ꝓuidere volentes aucte vobis p̄ntium indulgemus ⁊ cōmissiones causaꝝ vel sniaꝝ executiones a sede aplica vel delegatis eius seu a qbuslibꝫ alijs factas vobis sine vr̄a nō teneamini recipe volūtate nisi in lrīs aplicis de ꝯcessione hmōi mentio habeat. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc paginam nr̄e ꝯcessionis infringere: vel ei ausu temerario cōtraire. Siqs aūt hoc attētare presumpserit indignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit incursurum Datuꝫ apud ciuitatē castellan. decimo kal̄s Julij. Pontificatus nr̄i anno primo.

¶ Innocē. iiij. ꝯcedit q̄ frēs possunt in terris excōicatoꝝ cōmorari: ⁊ ab eis tūc ⁊ qn̄ p ipsas

transeunt

trāseu͂t necia vite deposcere ⁊ recipe. Originale est trecis ambianis ⁊ methis. Rothoma.

i **Innocētius** eps fu⁹ fuoꝝ dei. Dilectis filijs gn̄ali mistro ⁊ vniuersis frib⁹ ordis frm̄ minoꝝ. Salutē ⁊ aplicā bn̄dictionē. Uobis extremā paupertatē paciētib⁹ pro xp̄i nomine paupertatē digne ꝯcedif ab apostolice sedis grā p qd ⁊ necitati vestre ꝯsulif ⁊ bn̄factoribus vestris salutis meritū ꝓcuraf. Hinc est ꝙ nos quoꝝ deposcit offm̄ iustis annuere desiderijs deuotoꝝ vr̄e ꝑcib⁹ hūilitatis iducti vt vos q exhortatiōis pie studio bonos ad potiora dirigitis ⁊ errātes i rectitudis semitā laudabiliter reuocatis i excōicatoꝝ terrȝ libere cōmorari: ⁊ ab eis tūc ac ēt qn̄ vos p ipsas transire ꝯtigerit necia vite deposcē ac recipe valeatis vobis auctoritate p̄n̄tiū ꝯcedim⁹ facultatē. Nulli ḡ oino hoīuȝ liceat hāc paginā nr̄e ꝯcessiōis ifringere vel ei ausu temerario ꝯire. Si qs aūt hoc attentare p̄sūpserit idignatiōeȝ oīpotētis dei ⁊ btōꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit icursuruȝ. Datum apud ciuitateȝ castallanen̄. vij. kalēdas Julij. Pontificatus nostri anno primo.

¶ Innocēti⁹. iiij. ꝯcedit mistrū gn̄alē in toto ordie ⁊ ꝓuīciales i suis ꝓuīcijs posse frēs suos deputatos a sede aplica ad p̄dicādū crucē vel ingrēdū vel alia hmōi negocia remouē: reuocare: trāsferre: seu alios eisdem substituere aut ꝙ supersedeant iniungere ⁊c. Origi. est trecis.

i **Innocentius** eps seruus seruoꝝ dei. Dilectis filijs gn̄ali ⁊ ꝓuīcialibus ministris ac ceteris frib⁹ ordis frm̄ minoꝝ. Salutē ⁊ aplicā bn̄. Odore suaui ordis vr̄i ꝯtinue recreati eū nō imerito fauore spāli ꝓsegmur ⁊ ipsius exaltationē plenis d̄siderijs affectam⁹ gerē ei ⁊ alia diligēti ꝓcurari solertia itēdētes: p q̄ sē per optatū auctore dn̄o suscipe valeat icremētū: hic ē ꝙ nos vr̄is supplicatiōib⁹ ānuētes vt tu filij gn̄alis mister tuiqȝ successores frēs tui ordis q ad p̄dicādū crucē vel ingrēdū ꝯ prauitatē hereticā seu ad alia hmōi negocia sunt vel fuerit vbicūqȝ a sede aplica deputati remouere seu reuocare penit⁹ trāsferre: ipsisqȝ ꝙ supsedeant iniūgere aliosqȝ substituere cū expedire videritis licite ac libere valeatis ⁊ in eos si ꝯtrauenerit cēsurā ecclasticā exercē: ac qlȝ mister ꝓuīcialis eiusdē ordis idipm̄ i sua ꝓuīcia circa frēs ipi⁹ ordis qb⁹ i illa ꝓuīcia ꝯtigerit ab eadē sede cōmitti facere possit aucte p̄n̄tiū idulgem⁹. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nr̄e ꝯcessionis ifringere vel ei ausu temerario ꝯtraire. Si qs aūt hoc attētare p̄sumpserit idignationē oīpotentis dei ⁊ beatoꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ ei⁹ se nouerit icursuruȝ. Datum Lugduni idus Junij. Pōtifi. n̄ri āno quarto.

¶ Innocētius quartus mādat oībus eccliaꝝ p̄latis vt benigne recipiant frēs ad diuina celebrāda ⁊ ad p̄dicādū: ⁊ vt eos suis populis recōmēdēt ⁊ in suis necitatib⁹ liberaliter assistant: nec ipediant ꝯfiteri volētes eisdē ⁊c. Qȝ qȝ illos frēs q ad q̄stus pecuniarum se conuertent. tāqȝ falsarios capiant ⁊ condemnent. Ori. est trecis methis ⁊ brugis.

i **Innocentius** eps seruus suoꝝ dei. Uenerabilib⁹ frībus Archiepis ⁊ epis ⁊ dilectis filijs abbatibus priorib⁹ decanis Archidiaconis: Plebanis: archip̄sbyteris ⁊ alijs eccliaꝝ p̄latis ad quos lr̄e iste puenerit. Salutē ⁊ aplicā bn̄di. Qm̄ habūdauit iniqtas ⁊ refriguit charitas plurimoꝝ ecce ordinē dilectorū filioꝝ frm̄ minoꝝ dn̄s suscitauit q nō q̄ sua sed q̄ sunt xp̄i q̄rentes tam cōtra profligandas hereses qȝ ꝯtra pestes alias mortiferas extirpādas se dedicarūt euāgelizationi v̄bi dei i abiectione volūtarie paupertatis. Nos igif scm̄ eorū ꝓpositū ⁊ necessariū misteriū fauore beniuolo prosequentes vniuersitati vr̄e ipsos affectuose duxim⁹ cōmēdādos charitatē vestrā rogantes ⁊ exhortātes in dn̄o: ac p aplica vobis scripta mādātes: q̄tenus dilectos filios frēs ordis memorati p reuerētia diuina ⁊ nr̄a ad offm̄ p̄dicādi ad qd sūt ex ꝓfessione sue ordis deputati benigne recipē ꝓcuretis: ac ꝓplos vobis cōmissos vt ex ore ipsoꝝ v̄bi dei semē deuote suscipiant ammonētes i suis eis necessitatib⁹ liberalr̄ assistatis: nec ipediatis quomin⁹ illi q ad eoruȝ p̄dicationē accesserit tūc eoꝝ sacerdotib⁹ valeant ꝯfiteri: quaten⁹ ad p̄dicta suscipienda vr̄is exhortationib⁹ ppl̄i p̄parati tāqȝ bona ac fructifera terra p vitioꝝ tribulis icipiant segeteȝ germinare v̄tutum: ⁊ dicti frēs p cooperatiōeȝ vr̄am suscepti misterij cursum feliciꝰ ꝯsumādo optatū reportēt sui laboris fructuȝ ⁊ finem:

salutem.vz.aiaruz.Cu vo vitia sepe sub specie
virtutu occulte subintrant:z angelus sathane in
āgelū lucis se plerūqz simulate trāsformat:pñ/
tiūvobis auctē mādam⁹:quatenus si q de pdi/
ctoz frm ordis se dicētes in vris ptib⁹ pdicaue
rit ad qstū se pecuniaz puertēdo p qd religio/
nē eoz q paupitatē pfessi sunt pnigeret isfamatis
vos tāqz falsarios captatis z condemnet:s eos/
dem. Datum Lugduni.terciodecimo kalen/
das octob. Pontificatus nostri anno.iij.

¶Innocēti⁹.iiij.cōmittit curā monasterioruz
scē Clare i regno frācie gñali mistro z puicia/
lib⁹ mistris cū ptāte visitādi corrigēdi refozmā
di sacra mistrādi zc.z i certis expssis casib⁹ mo
nasteria itrādi:q ola paulo post p lrāz ab eodē
Innocētio.iiij.ordiata:aut p toto ordie vbicū
qz plei⁹ determiata z ordiata sūt.Dn.e Trecis.

i Innocentius epo seru⁹ ser uoz dei.Di
lectis filijs gñali z puicialib⁹ frm mi/
noz in regno frācie mistris. Salutē z aplicam
bndi. Paci z saluti dilectaz i xpo filiaz monia
liū iclusaz monasterioz ordis scī Damiani in
regno frācie existētiū ptna solicitudie puidere
volētes discretiōivre p aplica scripta pcipiēdo
mādam⁹:qten⁹ eis tā in capite qz i mebris per
vosipsos vel alios ordis vri frēs puidos z di/
scretos auctē nrā quotiens expedire videritis
visitationis correctiōis z reformatiōis offiñ i/
pēdatis isformetis disciplis rlarib⁹:z pdicatio/
nevbi dei pfortetē:zeasdē pfessiōes audiat ipsa/
rū eisqz missaz solēnia z alia diuina celebretis
officia z exhibeatis ecclastica sacramēta.Et cū
necesse fuerit vel pp ipsaz graues egritudines
seu obitus aut ppvisitationē seu altariū vel mo
nialiū pscrationes aut alias iustas z honestas
causas associatis vobis tot idoneis frib⁹ vri or/
dis quot ad hec noueritis oportunos monaste
ria īgrediamini earūdē. Prouiso qz fr pres by/
terviū z visitato: q p tpe fuerit duos frēs ido
neos p exequēdis q ad ipsoz spectāt offiñ iux
ta tenorez q in eaz vite formula ptineri noscit
secū ducāt. Ad hec vt ad pdicta monasteria in
spālibus festis ipsoz z monialiū obitu earūdez
ad celebrādū in eis diuinū offiñ ac pponendū
vbū dei populo q tunc alijsqz tpib⁹ ibidez cō/
uenit:necnō p alys honestis z rōnabilib⁹cau/
sis ac ad portas crates z locutoria monasterio/
rū ipsoz cū expedire videritis accedere:z frēs
vri ordis destinare possitis auctē vobis pñtiū
duximus pcedendū. Datum Lugduni.tertio
Non. July. Pōtificatus nostri anno quinto.

¶Innocēti⁹pap.iiij. Qz frēs nō possint cogi
ad collectionē pecuniaz in suis pdicationibus
qmuis lrās habeāt aplicas nisi ipse lre de hac i/
dulgētia plenā fecerit mētionē. Dn.e.est paris.

i Innocentius epo seruus seruoz dei.
Dilectis filijs gñali z puincialib⁹ mi/
stris ac alijs fribus ordis frm minozum. Salu/
tē z aplicā bndi. Uestra semp in amore vtutuz
delectaf humilitas:z cūcta solicite refugit que
sibi aliqd fame vel pscientie illatura dispendiū
ptimescit. Ob hoc eni sicut accepim⁹ qz a nul/
lo vrm alicu⁹ spālis loci vel psone ptextu ver/
bū exhortatiōis de colligēda pecunia pponaf.
In ordie vro laudabiliter statuistis:pie cogitā
tes z puide qz dū simplr ab his imunes viuitis
ad vrām z pximoz salutē pdicatiōis offm li/
berius exercetis. Nos itaqz deuotoz vota salu
bria beniguis affectib⁹ psequ delectātes q nul/
lus ex vobis p lrās aplicas de cetero ipetrādas
seu de mādato alicu⁹ ad pecuniā colligēdam
cogi possit iuit⁹:nisi lre ipse de hac idulgentia
plenā fecerit mētionē vobis auctē pñtiū idul/
gemus. Nulli ergo oino hoīum liceat hāc pa/
ginā nre pcessionis ifringere vel ei ausu teme/
rario ptraire. Si qs aūt hoc attētare psumpse/
rit indignationē omnipotentis dei z beatoruz
Pe.z Pauli apostolorum eius se nouerit incur/
surum. Datum Assisij kalēdas Augusti. Pon/
tificatus nostri anno vndecimo.

¶Clemens papa quartus mandat vniuersis
prelatis z rectoribus ecclesiarum vt nullo mo/
do professos apostatas in ordine in habitu aut
sine habitu retineant aut retinere permittant.
Sed ministris custodibus aut guardianis red
dantur cū ab illis ad quos spectat fuerint re/
quisiti. Aliter sententiam excōmunicatōis icur
rant:nō obstante quacūqz appellatione aut lit/
teris apostolicis nisi de hoc presenti idulto spe/
cialē fecerint mentionē. Dn.e.est supra Parisi⁹.

c Clemens epo seruus seruoz dei. Uenerabilibus
fratrib⁹ vniuersis archiepis z epis ac
dilectis filijs abbatibus priorib⁹ Archipresby/
teris

teris: decanis: archidiaconis: plebanis: et alijs ecclesiarū plaīs et rectoribus ad quos lře iste puenerint. Salutem et aplicā bñdictionē. Cū sicut ex parte dilectorū filiorū gñalis et pulcia/lium ministrorū ordis fratrum minorū fuit ꝓposi tū corā nobis nōnulle psone ecclesiastice secu/lares et regulares apostatas eiusdem ordinis q post professionē in ipso ordie factā ad seculum reuertunt quosdā. vʒ. in religionis habitu: ali/quos vō in seculari secū aut in suis obsequijs vel ecclesijs seu monasterijs dtinere psumāt in aia/rū suarū dispendiū in iniuriā pdicti ordinis et scādalū plurimorū. Nos volentes super his pa terna solicitudine prouidere vniuersitati ve/stre ad instar felicis recordationis Alexandri pape predecessoris nři per apostolica scripta p/cipiendo mādamus: quatenus singuli vřm cū a fribus requisiti fueritis oēs illos cuiuscūqʒ ꝯdi tionis existāt q hmōi apostatas postqʒ p mini/stros custodes seu guardianos pdicti ordinis quorū sūt cure cōmissi excōicati publice fuerit a se nō relecerint sed sciēter eos secū aut in suis obsequijs vel ecclesijs seu monasterijs retinue/rit: vel eis in hoc auxiliū pstiterit vel fauorē cū ipsis cōmunicādo taliter: crimine hmōi crimio sis post latā in eos excōicatiōis sentētiā simili sententia inuoluanf denūcietis excōicatiōis vin culo innodatos. Cōtradictores per cēsurā ec/clesiasticā appellatione postposita cōpescendo. Nō obstante si aliquibus a sede aplica sit Idul/tum qd interdici suspendi vel excōicari nō pos/sint per lřas aplicas non facientes plenam de indulto hmōi mētionē. Datū Viterbij. xviij. kaľs Januarij. Pontificatus nostri anno. iij.

¶ Alexāder papa. iiij. exprimit multa grauamina olim ab aliqb9 dnis rectoribus ecclesiasti cis epis curatis et alijs ipsis fratrib9 facta et eo/rum bñfactoribus: et allegando qualiter ordo iste sanctus a tantis pōtificibus ibi nominatis et ab eodē approbatus est et c. mādat districtius dictis ecclesiasticis rectoribus et alijs vt a talib9 abstineant: eximēdo et liberando fratres a tali/b9 grauaminib9 et seruitute ipsorū. Originale est Parisi9 cadomi et brugis et alibi i multis locis.

a Lexander epē seruus ser/uorū dei. Vene/rabilib9 frībus archiepis et epis ac dile/ctis filijs abbatib9: prioribus: decanis: archidia/conis: rectorib9: et ceteris ecclesiarū prelatis p re/gnū Frācie ꝯstitutis. Salutē et aplicam bñdi. Nimis iniqua vicissitudine largitori bonorū oium rñdet: dum hi q de christi patrimonio i/pinguati luxuriāt dānabilr in eodē xp̄m paten ter in famulis suis psequi nō verenf: ac si facti9 sit impotēs dñs vltionum. Cū enim dilecti fi/lij fři ēs minores abnegantes salubriter semetip sos elegerint: in altissima paupitate christo pau peri ad placitum famulari (tanqʒ nihil haben/tes et oia possidentes) non desunt plerīqʒ tam ecclesiarum plati qʒ alij qui ceca cupiditate tra ducti ꝓprie auiditati subtrahi reputātes quic/quid predictis fribus fidelium pietas largif: quietem ipsorū multiplr inquietant: molestia/rum occasiones exquirentes varias cōtra ipsos. Volunt nāqʒ et si non oēs ipsis inuitis eorū cō/fessiones audire: ac eis iniungere penitētias: et eucharistiā exhibere: nec volūt vt corpus chri sti in eorū oratorijs reseruetur: et fratres ipsorū defunctos apud suas ecclesias sepeliri compel/lunt: et illorū exequias celebrari. Et siquis dece/dentium frm̄ alibi qʒ in ecclesijs suis eligit se/pulturam funus pmo ad ecclesias suas deferri cogunt: vt oblatio suis vsibus cedat: nec susti/nentes eos habere cāpanam vel cimiteriū be nedictum: certis tantum temporibus pmit/tunt ipsos celebrare diuina: volūt ēt in domi/bus eorūdem certum numerū frm̄: sacerdotū: clericorū: et laicorū: necnō cereorū: lampadarū: et ornamētorū pro sua voluntate taxare: ac resi/duum cereorū quādo nouiter apponūtur exi/gunt ab eisdem. Nec pmittūt vt noui sacerdo/tes eorū alibi qʒ in ecclesijs suis celebrēt pmas missas eos nihilominus cōpellētes: vt in quo/tidianis missis quas in suis locis et altarib9 ce/lebrāt oblatōes ad opus eorū recipiant et refe/uent. Quicqd ēt eis dum celebrant missarum solēnia intra domorū suarū ambitū pia fidelium deuotione donaf ab ipsis extorqueri oblatiōis nōie ꝓtendētes: qd eisdeʒ tam in ornamēto al/taris qʒ in libris ecclesiasticis absolute offertur vendicāt: ppterqʒ iuri suo: cogēdo eos ad syno/dos suas accedere: ac suis ꝯstōnibus subiacere. Neqʒ his cōtenti capīa et scrutinia in locis ip/sorū frm̄ ꝓ his corrigēdis facturos se cōminant fidelitatē iuramēto firmatā ab eorū ministris: cu stodib9: et guardianis nihilominus exigētes. Eis

quoq; vt tā extra ciuitates q̄ȝ intra cū eis pro/cessionaliter veniant ex leui cā mādātes excōi/cationis sententiā fulminant in bñfactores eoȝ ꝛ idipsum frib⁹ cōminātes eos de locis in qb⁹ dño famulanẗ satagūt amouere nisi eis obedi/ant in oib⁹ supradictis. Ad h̄ ne frēs ad hono/rabiles ciuitates ꝛ villas vbi religiose ac hone/ste valeāt cōmorari a pplis deuote vocati accedē audeāt ihibētes tā in accedentes frēs q̄ȝ in re/ceptatores eoȝ p̄sumūt excōicatiōi sententiā p/mulgare. Ab eis ēt de ortoȝ fructibus decimas necnō de habitaculis frm̄ sicut de iudeoȝ do/mibus ptendūt reddit⁹ extorquere: asserendo qd̄ nisi frēs morarenẗ ibidē eis ab alijs habita/torib⁹ puentus aliq̄ soluerenẗ. Et vt ipsos sue subdāt totaliter ditiōi eisdē mistros custodes ꝛ guardianos volūt p̄ficē p sue arbitrio volūtatꝫ a qb⁹ oib⁹ frm̄ molestijs q̄dā ex vobis nō oino abstinēt dñr. Cū igitur ordo frm̄ minoȝ a bo ne memorie Honorio Gregorio ꝛ Innocē. ro/manis pōtificibus predecessorib⁹ nr̄is: ꝛ nobis ipsis dignis eoȝ sic exigētibus meritis appro/bat⁹: nec aplice sedis statuta ptēnere videami/ni: q̄ humiliter suscipe ac seruare tenemini re/uerēter: vniuersitatē monem⁹ attente p aplica vobis scripta firmiter p̄cipiēdo mādātes: qua/tenus pscientie ac fame vr̄e salubriter psulentes vniuersi ꝛ singuli a pnotatis p̄dictoȝ frm̄ gra uaminibus penit⁹ desistatis subditos vr̄os ab his arctius cōpescēdo. Nos eni cum hmōi di/ctoȝ frm̄ quos sue religiōis obtētu iter alios re ligiosos artius amplexamur in viscerib⁹ chari/tatis grauamina tolerare nolumus sicut ēt nec debem⁹ oēs iterdicti suspēsionis ꝛ excōicatio/nis snias si quas a vobis vel vr̄m aliquo p̄mis/soȝ occasiōe in eosdē frēs vel ipsoȝ aliqueȝ seu ecclias ꝛ oratoria vel bñfactores eoȝ pmulga/ri ptigerit irritas decernim⁹ ꝛ inanes. Datum Ananie. vj. kal's Augusti. Pōtific. nr̄i anno. ij.

¶ Alexāder papa. iiij. mittit lr̄as aplicas regi frācie p defensione ordinū p̄dicatoȝ ꝛ minoȝ ptra psecutores ꝛ detractores dictoȝ ordinū q dicebāt eos nō eē i statu salutis nec posse p̄dica re nec pfessiōes audire ēt d̄ lnia vel cōmissione romani pōtificis seu diocesanoȝ epoȝ ꝛc. Cō/mittēs ꝛ mādās archiepis turoneñ. ꝛ rothoma geñ. ꝛ epo pisieñ. vt lr̄as hmōi exeq̄nẗ ꝛ dictos frēs defendāt ꝛc. Dr̄ī. est pis⁹ ambiañ. ꝛ brugis.

a Lexander epūs seruus seruorū dī. Carissimo in xp̄o filio Illustri regi frācie. Salutē ꝛ aplicā bn̄di. Nō sine multa cordis amaritu/dine animiq̄ȝ turbatione audiuimus q̄ nōnu l li magr̄i ꝛ doctores ac alij acuētes vt gladium linguas suas ꝛ venenū aspidū gerētes sub labijs ad ifamiā grauamē ꝛ dispēdiū Innocē. illud l sigillationē ꝛ lesionē dilectoȝ filioȝ frm̄ p̄dica toȝ ꝛ minoȝ neq̄ter vomuerunt: ꝛ lȝ ipsos di/stincte nō nominauerit nec vocabulis pp̄ijs ex/p̄sserit eos tn̄ q̄busdā v̄boȝ inuolutis ꝛ certis ac cautis circūlocutōib⁹ aptius inuenerūt: ita q̄ ex talibus eoȝ dictis manifeste tanq̄ȝ si expssim illos nomiassent inotuit qd̄ de ipsis frib⁹ loq̄/banẗ: fuderūt inq̄ȝ virus ꝛ ptra eos i scholis p/dicationib⁹ ꝛ alibi asserere p̄sumpserunt: qd̄ in statu ꝛ via saluādoȝ nō erāt: nec meritoria nec salutifera existebat ipsoȝ mēdicitas ꝛ paupras cū deberēt valitudie corporali ꝛ alijs iustis ipe dimētis cessantib⁹ pp̄ijs manib⁹ operari sub spe alieni subsidij nō carpēdo: nec p sustētatio/ne vel necessarijs extranea mēdicādo suffragia seu ab alijs vite amminicula expectādo. Quoq; de licētia vel cōmissione romani pontificis seu diocesanoȝ epoȝ p̄dicationis exercere offm̄ ꝛ pfessiōes audire libere nō valebant tāq̄ȝ p hoc sacerdotib⁹ parochialib⁹ p̄iudiciū iserrenẗ. Ad alia nihilomin⁹ praua ꝛ iniqua in detractionē eoȝ ꝛ suoȝ ordinū derogationē ora maliloqua relaxādo. Cū igiẗ ijdē ordies fuerit dudū a se/de aplica sicut sacri clari ꝛ cōspicui approbati ex qb⁹ iā nōnulli frēs ad supnā puecti patriaȝ in scōȝ numero sūt ascripti: ꝛ velut eminentia cādelabra ꝛ duo magna luminaria in eccl'ia dei luceāt ac ab ipsoȝ frib⁹ ꝛ cultorib⁹ scē doctrine lumē diffundaẗ vbiq; p orbē ipī euāgeliū ardē ter ꝛ efficaciter p̄diceẗ: ac recta ꝛ sacra psilia ꝛ exēpla salutaria p̄beanẗ: cum ēt dicti frēs sacre scripture ac dei v̄bi studio ꝛ animaȝ pfectibus nec nō diuinis officijs ꝛ oratiōib⁹ instāter ꝛ in/cessanter itēdāt nequaq̄ȝ marcētes ocio ope se optimo ꝛ potissimo exercētes cū sapia op⁹ ex/stat maximū nec sūt pluris q opanẗ exteri⁹ q̄ȝ q studiū cognoscende diuinitatis exercēt. Vn̄ ꝛ dn̄s mistrāte ac opāte Martha Marie audien tiā attentionē ꝛ studiū circa v̄bū ipi⁹ precipue cōmēdauit. Et quo liquido patet frēs ipsos ad operandum

operādum suis manib⁹ nō teneri. Quinimo si his intermissis laborent manib⁹ potiora vtiqʒ ac vtiliora in minora minusqʒ vtilia opa non sine aiaꝝ dispēdio cōmutarent. Cū isup ijdem frēs oia pp deum reliqrint exilia vite subsidia men dicātes: xp̄mqʒ imitent paupeꝫ: pfectionē euā gelicā amplexādo pp qđ euidēter apparet eos in statu existere saluādoꝝ: ꝛ p sue religiōis ob seruātiam q̄ qdē ipsi⁹ pfectiōis euāgelice: tenet formā eterna p̄mia pmereri: cum ēt de lnia vel cōmissione: aut ꝯcessiōe Ro. pōtificis seu legatoꝝ ei⁹ vel ordinarioꝝ locoꝝ licite possint p̄di care pplis ꝛ ꝯfessiōes audire: ac pnias iniūgere salutares. Venerabilib⁹ frīb⁹ nr̄is Turoneñ. ꝛ Rothomageñ. archiepis ac epo Parisieñ. dam⁹ nr̄is lrīs in virtute obie firmiter in precep tis: vt oēs magros doctores ꝛ alios q sive in scholis sive in p̄dicatiōib⁹ sive alibi p̄missa di cere attētarunt ex pte nr̄a monere pcurent: vt infra certū terminuꝫ. Ab ipsis archiepis ꝛ epo prefigēdū eisdē dcm̄ suuꝫ in his publice reuo cēt male se dixisse fatētes: illaqʒ detestent peni tus ꝛ retractēt: asseuerādo ꝯstāter ꝯ̃riuꝫ: ꝛ illō etiam fidelr̄ p̄dicādo. Qđ si non fecerit extunc ꝯtra eos ad suspēsionis excōicationis ꝛ ppetue p̄uatiōis bn̄ficioꝝ suoꝝ ecclasticoꝝ snias sub lato cuiuslʒ appellationis obstaculo efficaciter pcedere nō omittāt: laicos de hoc culpabiles vel fautores hmōi p̄sumptoꝝ aiaduersiōe debi ta pcellētes. Jōqʒ celsitudinē tuā affectuose re grām⁹ ꝛ rogam⁹: qten⁹ p̄dictis archiepis ꝛ epo cū ab eis reqsit⁹ fueris tuum fauorē ꝛ auxilium magnifice largiaris: ita q̄ tua eis fauēte poten tia mādatū aplicū sibi directū efficaciter exeq valeāt: ꝛ nos magnificētiā tuā exīde dignis in dn̄o laudib⁹ cōmēdare possim⁹. Datū Ananie xiiij. kal. Nouēbris. Pōtificatus nr̄i anno. ij.

¶ Alexā. papa. iiij. mādat ꝛ p̄cipit epo Parisieñ. q̄ pturbatores frm̄ mi. ꝛ alioꝝ religiosoꝝ ꝛ seculariū i studio parisieñ existētiū: necnō iobe dientes mādatis aplicis de pace hn̄da i dcō stu dio parisieñ: puniat ꝛ p̄uet eos bn̄ficijs: alijsqʒ ipsis dignioꝛib⁹ det. nō obstātib⁹ appellatiōib⁹ ꝛ p̄uilegijs ac lrīs aplicis habitis vel hn̄dis q buscūqʒ nisi de hoc p̄nti statuto spālez fecerint mentionem. Origi. est Parisius.

Alexander epūs seruus suo rū dei. Venerabili frī epo Parisieñ. Salutē ꝛ aplicam bn̄dī. Licʒ olim p studiō parisieñ. ꝯseruatōe qdā circa studiū ipm de frm̄ nr̄oꝝ ꝯsilio puide durerim⁹ ordinādā: put in lrīs nr̄is exinde ꝯfectis: q̄ quasi lignū vite icipiūt: plenius ꝯtinet: nonnulli tn̄ magri ꝛ scholares parisieñ. qsdā colli gatiōes ꝛ obligatōes nefarias: adinuicē vt au diuim⁹ inierūt p quas scholares religiosi: ꝛ aliī nō p̄nt libere sicut volūt scholas maxīe sacre le gis p lectionib⁹ ꝛ disputatiōib⁹ audiendis itra re: ꝗ ēt non sine aplice sedis iniuria: ꝛ īpedi mēto dei studij: ac salutis aiaꝝ dispēdio itētio nē nr̄am circa effcm̄ ordinatōis ipsi⁹ euacuare mltiplr̄ moliunt. Volētes igit ꝛ auctē p̄ntiuꝫ statuētes qđ scholares oēs tā religiosi q de p̄la toꝝ suoꝝ lnia morant in studio: q̄ʒ ēt sclares: li bere valeāt: vbi volūt lectōes ꝛ disputatōes ac p̄dicatiōes audire: q̄qʒ p̄fata nr̄a ordinatio ab olb⁹ magris ꝛ scholarib⁹ parisi⁹ existib⁹ reuerē ter ꝛ humilr̄ obsuet: necnō q̄ dilecti filij Pre dicatoꝝ ꝛ minoꝝ ordinū frēs ac alij religiosi q parisi⁹ fuerit p tpe doctores Theologice facul tatis: seu scholares ipsoꝝ: in ꝯsortiū ꝛ collegiū: seu societatē alioꝝ magroꝝ ꝛ scholarium pari sieñ. recipiāt simplr̄ ꝛ efficaciter hēantur: ꝛ q̄ parisieñ. studiū p̄ter tenorē ordinatōis eiusdē: aut absqʒ sedis aplice lnia spāli: nullaten⁹ alibi trāsferat: oēs q ꝯ̃ h̄ salubre statutū nr̄m venire vl̄ occasiōe p̄ntiū: aut aliaꝝ lraꝝ nr̄aꝝ directa rū tibi q̄ icipiāt (Cū ct̄ pcessib⁹) studiū ipʒ cō turbare p̄sūpserit olb⁹ ecclasticis bn̄ficijs dcer nim⁹ eē p̄uatos: ꝛ ab ordinū executōe suspēsos. Oēs āt obligatōes: ēt iuramēto firmatas a ma gistris ꝛ scholarib⁹ memoratis ꝯ̃ ordinatiōis: aut lraꝝ supi⁹ expssaꝝ: seu p̄ntiū tenorē p̄sum ptas vel iposteꝝ p̄sumēdas: necnō ꝛ cōpōnem inter eosdē frēs p̄dicatores ex pte vna: ac magi stros ꝛ scholares ex altera ꝯ̃ ordinationē ipsaꝫ nobis irreqsitis initā tanqʒ iniqʒ ꝛ temerariā penit⁹ irritam⁹. Vt igit a sup̄dictoꝝ obsuātia nll̄us se possit p ignorātiā excusare frāti tue p aplica scripta i vtute obie: districte p̄cipiēdo mādam⁹: qten⁹ tenorē p̄ntiū qlʒ occasiōe ꝛ di latiōe: ac appellatione cessante p te vel p alios publicare Parisius nō omittēs. Si q ꝯtra p̄di ctoꝝ aliqđ veniētes p̄uationē icurrerit memo ratam tu illis ad quas bn̄ficioꝝ ipsoꝝ collatio spectare dignoscit. Per lras tuas sine mora de

mandes: vt īfra .xv. dies post receptionē ipsa/
rū: oī occasiōe cessante: bñficia illoꝝ de qb⁹ vi/
deris expedire ꝯferās psonis idoneis ⁊ ecclesie
romane deuotis. Qđ si hec facere neglexeris tu
illa ꝯferre psonis eiusmodi nō postponas. Nō
obstātib⁹ appellatiōib⁹ ⁊ exceptiōib⁹: aut occa/
sionib⁹ qbuscūqꝫ siue lr̄is vel īdulgētijs: aplica
sede ꝯcessis p quas p̄cepti nr̄i executio in hac
pte īpediri valeat vel differri: aut de qb⁹ plenā
⁊ exp̄ssam: seu de v̄bo ad v̄bū oporteat in p̄sen
tib⁹ fieri mētionem: seu ēt qđ dci frēs oīb⁹ lr̄is
aplicis īpetratis ⁊ īpetrādis renūciasse dīr: qū
in compōne hmōi ꝯsenserūt. Presertim cum
ipsam nullā esse: ac iādictas aplicas lr̄as in suo
robore remanere velim⁹ ⁊ ipas tibi ac eisdē fi/
b⁹ ab eaꝝ detētorib⁹ exhiberi: quos ad id si ne/
cesse fuerit p censurā ecclastica appellatiōe re/
mota cōpellas. Preceptū nr̄m qđ ex toto cor/
dis affcū tibi dirigim⁹ totalr̄ ipletur nō: vt effi
cacis obie gaudeam⁹ in te p̄ōptitudinē īuenis/
se: alias aūt p̄firmo teneas qđ idignationē no/
strā ꝯtra psonā tuam: licꝫ ipsam in xp̄o sinceris/
sime diligam⁹ grauissime p̄uocabis. Qđ .n. sup
hoc īueneris ⁊ feceris nobis p tuas lr̄as fidelr̄
intimare p̄cures. Datuꝫ Ananie. v. kal. Julij.
Pontificatus nostri anno secundo.

¶ Alexāder papa .iiij. scribit multū affectuose
regi Frācie sup ꝑturbatiōe fcā frib⁹ minorib⁹ ⁊
p̄dicatorib⁹ ⁊ rebelliōe lr̄aꝝ sedis aplice p Gui/
lelmū de scō Amore ⁊ Odonem de Duaco do
ctores theologie ⁊ Nicolauꝫ decanū de barro
⁊ xp̄ianum canonicū beluaceñ. p̄ncipaliores
psecutores dictoꝝ frm̄ ⁊ in rebellione p̄libata:
necnō ꝑturbatiōe pacis studij parisieñ. Qꝫ di/
ct⁹ rex detineat in suis carcerib⁹ p̄dictos Gui/
lelmū de scō amore ⁊ christianū vsqꝫ ad bñpla/
citū ip̄i⁹ pape ⁊ q alij bāniāt d̄ toto suo regno:
vt ceteris trāseat in exēplū. Dat. est Parisius.

Alexander epūs seruus ser/
uoꝝ dei. Charis/
simo in xp̄o filio regi Francie illustri.
Salutē ⁊ aplicā bñdictionē. Clere fidei ⁊ pie
deuotiōis sinceritas quā geris erga deuꝫ ⁊ ro/
manā ecclesiā euidētib⁹ ⁊ credibilib⁹ nimis san
ctoꝝ opeꝝ testimonijs cōprobata cor nr̄m mi/
ra p̄fu dit suauitate letitie: ac nobis qđ excellē
tiam tuam ad oē bonū promptā semp experiri
possim⁹ efficacissime p̄suadet. Inter alia vo tuā
regiam celsitudinē cōmendāt clarius dilectio/
nis ⁊ pietatis viscera q̄ in oēs xp̄i paupes ⁊ p̄/
cipue in dilectos filios p̄dicatoꝝ ⁊ minoꝝ or/
dinuꝫ frēs affectuosius effundis. In quo vtiqꝫ
ipsius xp̄i te imitatorē exhibēs ip̄m: ⁊ ei⁹ eccle/
siam cui⁹ illi officiosa sunt membra ⁊ eo cariora
quo sibi firmius coherētia letificas ⁊ honoras.
Sane licꝫ p dilectissimo nobis parisieñ. studio
in vigore debito ꝯseruādo q̄dā olim circa ip̄m
de frm̄ nr̄oꝝ ꝯsilio diligēti examinatōe p̄missa
p̄uide duxerim⁹ ordināda: sicut in sp̄alib⁹ lr̄is
nr̄is inde ꝯfectis plenius ꝯtinet: certis sup hoc
executorib⁹ deputatis: qꝫ plures tñ magistri ⁊
scholares parisieñ. sue potius q̄ꝫ xp̄i glorie cu/
pidi p eo qđ sup iniuriosa separatiōe dilectoꝝ
filioꝝ magr̄oꝝ frm̄ p̄dicatoꝝ parisieñ. ⁊ scho/
larium eorūdem a magr̄oꝝ ꝯsortio ⁊ vniuersi/
tatis collegio: ac qbusdaꝫ eoꝝ statutis iniqs ⁊
nō sine offensa dei ⁊ aiaꝝ periculo arctātib⁹ stu/
dium sacre legis apud nos nō potuerūt: qr nec
debuerūt ꝯsequi votū suum irrōnabili cōmo/
tione: ac supba idignatiōe tui batis non solū di/
ctos frēs p̄dicatores: quoꝝ felicib⁹ ꝓfectib⁹ in/
uidebāt crudelr̄ ⁊ negr̄ter afflixerūt: ac eoꝝ or/
dinem fecūdum fructib⁹ scītatis: ⁊ quasi qđdā
sydus inde ecclīa refulgētē apud nos ⁊ alios
conati sunt v̄bis ⁊ lr̄is sacrilegis diffamare: si/
cut tua serenitas vt credimus nō ignorat: ve/
rūetiam qđ est detestabilioris audacie nobis se
ꝯtumaciter opponere p̄sumētes adinuētioni/
bus fraudulētis ⁊ friuolis appellatiōibus: put
nobis p suas lr̄as ꝯstitit p̄fate ordinationis ef/
fectū impedire ꝯtra intētionem nr̄aꝫ multiplr̄
attētarūt lr̄as nr̄as ⁊ excōicatōis ac suspensio/
nis snias in eos culpis suis exigentib⁹ auctē se/
dis aplice p̄mulgatas rebellione dānabili ꝯtē/
nēdo. Sed qr hmōi supbie filij diu sub quadaꝫ
pia dissimulatiōe a nobis: vt resipiscerēt expe/
ctati sue ceruicis obstinate duritiā ad obedien/
dum nobis flectere nō curarūt. Nos ne tante
temeritatis vitium ꝯtra romanā ecclesiā ausu
detestabili attētatū possit esse alijs occasio scis/
matis ⁊ cōtumacie pniciose fomētū: ⁊ ne pari/
sieñ. studiū violato tenore ordinatōis nr̄e p ali/
quoꝝ libito dissolui valeat vel trāsferri: nos ci/
tra culpaꝝ suaꝝ exigētiā p̄cessim⁹ ꝯ ipsos ⁊ ve/
nerabili fri nr̄o parisieñ. epō scripta nr̄a dire/
xim⁹: vt p̄cessū ipsꝫ Parisi⁹ publicare studeat:

ac alia quedā circa hoc diligētius exequat̄. Ut autē hmōi pcessus nr̄i votiua executio pueniat sine mora: serenitatē tuā de qua gerim⁹ in dn̄o fiduciā spālē oi qua possum⁹ affectiōe rogam⁹: ac in remissionē tibi iniūgim⁹ pctōꝝ: q̄ten⁹ p̄fato ep̄o ad exequēdū sup h̄ pceptū nr̄m p dina ꝛ nr̄a reuerētia tui brachij triumphali virtute subueniēs in auxiliū salutaris ꝛ ecclīastice disciplīne diuinit⁹ tibi data Guilelmū de scō amore ꝛ Odonē de duaco doctores theologie: ac Nicolaū decanū de barro ꝛ xp̄ianū canonicū beluacen̄. tanq̄ ecclīe ro. rebelles ꝛ alioꝝ rebelliū intētores ac turbatores Parisien̄. studij nisi ad mādatū nr̄ꝫ iuxta formā ipi ep̄o traditā redeāt reuerēter oi dilatiōe ꝛ occasiōe seu appellatiōe cessantib⁹ de toto regno Frācie ppellere non omittas. Vellemus ad hec si tue celsitudini videret̄: vt dictos Guilelmū de scō amore ꝛ christianū q sunt in puersitate hmōi potiores faceres vsq̄ ad bn̄placitū nr̄m in carcere detineri: ceteros de magr̄is ꝛ scholarib⁹ supradictis p̄fate ordinatōis nr̄e ꝛ eiusdē studij turbatores: ac frm̄ ipsoꝝ laxatores iprobos ꝛ iniquos: tua p̄potēti dextera: put tibi videbit̄ cohercēdo: vt ipoꝝ punita malignitas alios doceat q̄te viuere: ꝛ ecclīe ro. humilr̄ obedire. Preces nr̄as in hac pte sic efficaciter ipletur⁹ quo nos q̄ eas tibi ex cordis affectu dirigim⁹ (voti nr̄i plenitudinem ꝯsecuti) tuis cum oportunium fuerit libentius annuamus. Datū Ananie. v. kal̄. Julij. Pontificatus nostri anno secūdo.

¶ Alex. papa. iiij. ꝯdēnat librū magr̄i Guilelmi d̄ scō amore ꝯ ordies p̄dicatoꝝ ꝛ minoꝝ indecēter ꝛ malitiose sub colore veri factū. Liber sic icipit. Ecce videntes clamabunt. Et impediebat ꝯuersionem ad deū: religiōis ingressū: ꝛ elargitionē elemosynarum: mendicantibus dari. Originale est Parisius ꝛ brugis.

Alexander ep̄s ꝛc. Ad ppetuā rei memoriā. Roman⁹ pōtifex de sūmi apl̄at⁹ specula vrbi ꝛ orbi d̄bita suitute p̄spiciens curis occupat⁹ innūeris ꝛ cogitatōib⁹ rapit̄ ifinitis: q̄ eminētior ceterꝭ sedes ei⁹ solicitudies sibi vehemētiores accumulat: ꝛ ipsi⁹ auctas potior meditatōes ei mltiplicat āpliores. Quo. n. alti⁹ p̄sidet eo lōgi⁹ latiusq̄ circūspicit: ꝛ q̄to pl⁹ pōt q̄ss ō tāto maioris vigilātie sibi sarcina icūbēte plus pēsat q̄m maxie dignitati potissima solicitudo coheret ꝛ altiorē honorē on⁹ grauī⁹ comitat̄: curaq̄ p̄fusior ardētiorib⁹ stimulis mētē vrget. Un̄ cū alijs plebiū fideliū pastoribus qb⁹ grex dn̄ic⁹ ptcularit̄er est cōmissus immineat de suaꝝ ecclīaꝝ eminētia vigilanter ad suas oues attēdere: icūbit vtiq̄ romano p̄suli cui ē grex ipse gn̄alr̄ credit⁹ d̄ sublimi ecclīaꝝ v̄tice sede. s. ap̄lica ppēsius ad illū ꝛ istāter itueri: q̄ cū hi suis limitatis pp̄iis p̄sint singuli q̄dē singulis hic sine distōne p̄lat⁹ est pōtifex vniuersis dn̄ice q̄dē vinee custos gn̄alis ꝛ cultor ꝛ toti⁹ ouilis catholici pastorūq̄ oiuꝫ sūm⁹ pastor. Incūbēte nāq̄ sibi gn̄ali solicitudie sup oēs cū ex h̄ sue mētis ituitū p cūcta diffundere teneat̄ stupet nimiꝝ ipsi⁹ anim⁹ ꝛ sub tā grauis ꝛ difficilis cure pōdere ꝯtremiscit qd̄ posse sufferre: vt ꝯuenit vis nāe occidiue vix ꝯfidit. Ad eū nāq̄ negocia vndiq̄ ꝯfluūt pueniūt lites dubia deferunt̄ ꝛ d̄stināt̄ iplicita ꝛ pplexa: nec vnq̄ horū ifluēs torrēs cessat: nec hui⁹ alti pelagi valide ifestēq̄ pcelle q̄scūt. Sꝫ his q̄ nūc iminent expeditꝭ mox alia subsequūt̄. Nec tot iplexarū q̄ōnū nodi decisiōe ap̄lica solui pūt quin ꝛ alie irretite ꝛ nodose supueniāt deliberatiōe matura ꝛ ꝯsulta diffōne soluēde: imo ex quo de istātib⁹ difficilib⁹: ꝛ obscuris: dubietatis caliginē v̄bo sue decl̄onis āmouerit: stati noua ꝛ recētia turbulēta igruūt ap̄lico dilucidāda oraculo: ꝛ ambiguis ac icertis mētib⁹ clare dissertōis lumine serenāda. Propterea icū romañ. Antistiti solicitudo sine ocio: labor sine q̄te: occupatō sine vacatiōe: exercitiū sine trāq̄lo igēs ꝛ sedula meditatio: ꝛ vigilia sine sōno: nec ad modicū ēt sua quotidiana itermissionē hꝫ iniūcta q̄ nec omittit̄ aliquo tpe: nec aliqd̄ ipsa tp̄e omittit vrget ꝯtinue: q̄ cogitādi mā sēp adest: nec successu tpis d̄finit: sꝫ cū illi⁹ diuturnitate pdurat: q̄ nec d̄cursu tēpoꝝ deficiūt negocia: sꝫ assidue illis succedētib⁹ renascūt̄. Nā ꝛ hostꝭ ātiqu⁹: argut⁹ q̄dē isidiator: callidusq̄ d̄ceptor aiarū vehemētis ꝛ ardētis solicitudis cāꝫ: p̄bet humane q̄ppe pacis emulus: frne iuid⁹ charitatis: d̄iuisionū actor: dissipator vnionū ꝛ trāq̄llitat⁹ fideliū: anxius p̄secutor: iterserit odia: rancores igerit: liuiores accēdit: mouet lites: iurgia suscitat: ꝯtētiones irritat: parat seditiōes ꝛ dissensiōes pcurat: ꝛ illoꝝ etiam qui p̄fectiores

z firmiores esse credunt interdū corda subuer/
tit:z vbi magis ipse ratio sue machinas eriget:
ac neq̄ faces accēdere nitif vbi fore plus ex/
timat malignitatis sue conamina obfutura. Ja/
cit iniquus laq̄os:pedicas obycit:ponit tēdi/
culas:vt prudentiores ēt itercipiat z captiuet.
Hinc turbatiōes oriunf:surgūt inimicitie dis/
sidia pdeunt z scādala gñanf. Vñ sic iā seculū
declinauit ad malū q̄ ex crescētib⁹ z iualescēti/
bus in eo noxijs:q̄si vix loc⁹ in ipo salutaris in/
uenif z exclusa fere ide p̄cordia:q̄si stabilez ibi
hēat discordia mãsionez. Quare opz cura icessabili vigilare:vt detorta z corrupta p malitiaz
bonitatis ṽtute rectificenf z reformenf diuul/
sa p odiū charitate ligenf:cōmota sistāt z pau/
sent hēant turbata trāquillū z stat⁹ fideliū spī
meli⁹ roboref. Sane qdā scripture sacre intelli
gētiā se hre fatētes:sz diuertētes a tramite re/
cti sensus cogitauerūt nup malitiā:z ꝯtra ino/
centes z rectos inigtatē maximaz sunt locuti
exarserūt in cordib⁹ suis z ligua eoz maliloqua
dolū:z neqtiā ꝯcinnauit surgētes aduersus fra
tres detraxerūt:z ꝯtra dilectos mřs eccřie fi/
lios scandalū posuere. Prodiere inq̄z z in pra/
ua cōmēta ex nimio calore animi ꝓruperūt li/
bellū quēdā valde pniciosum z detestabilez te/
mere cōponētes:libellū qdē nō rōnabilē sz re/
probabilē:nō veritat(sz mēdatij:nō eruditōis
sz derogatiōis nō monētē sz mordētem:nō in/
struentē veraciter sed fallentē:quē nos ad sedē
delatū aplicam Venerabili frī epo Tusculañ.z
Lucis.dilectis filijs nřis J.tituli sci Laurētij
in D.tituli scē Sabine pſbyteris z J.sci Ni/
colai in carcere Tullañ.Diacoñ.Cardinalib⁹
examinādū cōmisim⁹:vt plene ipm īspicerent
z vniuersa ꝯtēta in eo pfecte attēderēt z discu/
terent diligēter:quo studiose plecto z mature:
ac districte examinato nobisq̄z de hoc plenaria
fcā relatiōe ab eis:q; in ipso qdā puersa z repro
ba ꝯ ptātē z auctē ro.pōtificis z coepoz suoz:
z nōnulla ꝯ illos q pp deū sub arctissima pau/
ptate mēdicāt:mūdū cuz suis opib⁹ volūtaria
inopia supantes:alia vo ꝯ eos q salutē aiarum
zelātes ardēter z sacris studijs pcurātes mul/
tos in eccřia dei opanf spūales pfect⁹z magnū
faciunt ibi fructū. Quedā aūt ꝯ salutarez pau/
pez seu mēdicātiū religiosoz statuz:sicut sunt
dilecti filij frēs pdicatores z minores q vigore
spūs seculo cū suis diuitijs derelicto ad solaz ce
lestē p̄riaz tota intētione suspirāt:necnō z alia
plura incōueniētia digna vt:q̄z ꝯfuratiōe ac cō
fusione ppetua manifeste cōperim⁹ ꝯtineri. Qz
ēt idē libellus magni scādali seminariuz z mul
te turbatiōis mā existebat:z iducebat ēt dispē/
dium aiaz cum retraheret a deuotione solita
z ꝯsueta elemosynaz largitiōe:ac a ꝯuersione z
religionis ingressu fideles. Nos libellū eūdem
q sic incipit. Ecce videtes clamabūt foris:q̄z
fm ipsius titulum Tractatus breuis de piculis
nouissimoz tēpoz nūcupaf tanq̄ iniquū sce/
lestuz z execrabilē:z instructiones et documē/
ta i eo tradita(vtpote praua:falsa: z nepharia)
de frm nřoz ꝯsilio aucte aplica reprobam⁹:z p/
petuū ꝯdēnam⁹:districte pcipiētes:vt qcūq̄z li
bellū ipz hūerit:eū īfra octo dies ex quo hmōi
nřaz reprobatiōnē z ꝯdēnatiōnē sciuerit:p̄sus
in toto z in q̄libet sui parte cōburere z abolere
pcuret. In illos.n.q huius nři pcepti fuerint
ꝯtēptores:excōicatiōis sniam pmulgamus:
in virtute obie phibēdo:ne quisq̄ pdictuz li/
bellum ore aplico iam dānatu approbare:vel
quolibet defensare presumat. Siqs vo presum/
pserit tanq̄ ꝯtumax inobediens z rebellis ro/
ecclie ab oibus habeaf. Et nos nihilominus
als ꝯtra eum totaliter pcedemus:q̄ pena ꝯdi/
gna temerarium feriet:z alij ea perriti a simi/
libus frenabunf. Nulli ergo oino hoiuz liceat
hāc paginā nře reprobatiōis:ꝯdemnatiōis:z
precepti:z phibitiōis ifringere:vel ei ausu te/
merario ꝯtraire. Siqs aūt hoc attētare p̄sum/
pserit indignatiōnē oipotētis dei z btōz Pe/
tri z Pauli aploz ei⁹se nouerit icursuz. Datū
Ananie.iij.nonas Octobris. Pon.nři.āno.ij.

¶ Alexā.pp.iiij.cōmittit iudicib⁹ vt exequan/
tur z publicēt reprobationem libelli magistri
Guilelmi de sancto Amore. Ong.est Parisi⁹z

a Lexander epūs seruus seruoz dei. Vene/
rabilib⁹ fribus. Turoñ.z Rothomag.
archiepis ac epo Parisieñ. Salutē z aplicam
bñdictionē. Quidā scripture sacre itelligentiā
se hēre fatētes:sz diuertētes a tramite recti sen/
sus cogitauerūt nup malitiam:z ꝯtra inocētes
z rectos inigtatē maximaz sūt locuti exarserūt
in cordibus suis z lingua eoz maliloqua dolū
z nequitiam ꝯcinnauit surgētes aduersus frēs

¶ Pria est pmissio q: ex obla glia eterna no/bis pmissa est. Proinde.ij.ad cor.iiij.c.aplūs ait. Jd qd i pñti est momētaneū z leue tribulatio/nis nr̃e supra modū in sublimitate eternū glie pondus opaf in nobis non cōtēplātib⁹ nobis q̄ videnf:s3 q̄ nō vīr. Que vīr tpalia sunt q̄ aūt nō vīr eterna:merito ḡ sicut inobia clauē pa/radisi amisit:sic z illam obia recuperauit. Uñ Mat.xvj. Tibi dabo claues regni celorū ait: dñs Symoni q obediēs īterptaf. Uñ de obe/diēti iā clauis regni celoz parata est:sic Apoc. iij.mystice scriptu3 est. Hec dicit q h3 clauem Dauid q apit nemo z claudit:claudit z nemo apit. Dauid q manu fortis īterptaf verus obe diēs est q nouit ioblam declinare z obla3 opa/ri. Clauē qdē dauid h3 xp̄s q ḡre plenitudinē habuit ad oēm iobla3 fugiēdā z ad oē3 oblam deo patri exhibēdā. Hāc ḡ ḡram cū ip̄e pleni tudinē solus h3:ceteris alijs p partes dispēsat. Propterea subdif. Qui apit.s.paradisu3 z ne/mo claudit. Qd dicit q̄tū ad iplentes oblam. Quib⁹.n.ipse portā paradisi apit eos nemo ab ea excludere pōt qb⁹ vō claudit:vtpura inobe dientibus z rebellibus nemo pfecto aperit.

¶ Suauitas secunda.

¶ Scda suauitas ē vnctio. Magna qppe sua/uitas vnctiōi in obla z in adimpletiōe māda toz dei. Uñ in psona talis obediētis pph̄a ait. Jn via testimonioz tuoz delectat⁹ su3. Et ite/ru3. Jn custodiendis illis tributio multa. Ubi Aug.inqt. Nō ait p custodiēdis:q: nō tm̄ p eis reddef pmiū:s3 hic in eoz custodia magnū est gaudiū. Proide Eccl.xxiij.scriptū ē. Nihil dulci⁹ q̄3 respicere in mādatis dñi. Unctio (hec sicut Ber.ait) Andreā fecit āplecti crucē gau/denter Laurentiū irridere carnificē, Stepha/num q3 lapidantibus flectere genua in orone z apostolos gaudere in tribulatiōe.pe. Jn tribu/latione dilatasti mihi.

¶ Suauitas tertia.

¶ Tertia suauitas est assuefactio. Equ⁹ eni3 a sessore circūuolutionib⁹ assuet⁹ ad volūtatē illi⁹ facili⁹ flecti pōt. Assuescit āt circūuolutiōib⁹ ip/sis z discretis mortificatiōib⁹ pp̄e voluntatis. Et de h̄ puer.xxj.c.scriptū est. Equ⁹ paraf ad diē belli dñs aūt salutē tribuit. Equ⁹ qppe do/mit⁹ religiosus est cui apposit⁹ est obie frenum. De talib⁹ āt Zach.x.scriptū est. Posuit eos q̄si equos glie sue in bello. Opaf.n.de⁹ p obia3 in viro religioso salutifera z gloriosa. Uñ merito equ⁹ glie dici pōt. Talis siqdē equus p assuefa/ctionē ad obiam fidelr paratus est fm volun/tatē sessoris sui.s.plato loco xp̄i nūc ad dexterā pspitatis nūc ad sinistrā aduersitatis. Alr ī die belli pfecto succūbet qñ ei aliqd graue pcipie/tur. Religiosus qppe q in sua volūtate nutrif: oino destruef. Studeat ḡ subdit⁹ q sp plato di cere possit pphēticū illud. Ut iumētū fact⁹ su3 apud te z ego sp tecū. Jn vita bti Gilberti dr. Preesse nō audeat q subesse nō didicerit:nec a subiectis obiam iplorēt:q eā platis exhibē nō nouit. Jn cui⁹ mysteriū Mat.xvj. Symonē:q interptaf obediens dñs alijs aplis pfecit di.vt dictū est. Tibi dabo claues regni celorum.

¶ Suauitas quarta.

¶ Quarta suauitas est deportatio. Na3 tripl' obedientes pgrediunf ad regna celoz. Primo eqtādo.2° nauigādo.3° vo volitādo. pmi sunt icipiētes.scdi pficiētes:tertij sūt pfecti. ¶ Pri mo.n.icipiēs pgredif eqtādo:q: innitif alieno sensui z aliene volūtati q̄3 pedib⁹ alienis: p ide veloci⁹ currit eo q pedes qb⁹ initif velociores sūt q̄3 ppij. Uñ Apoc.vj.mystice scriptu3 est. Et vidi z ecce equ⁹ alb⁹ z q sedebat sup eu3 hē/bat arcū.s.i manu sua z data ē ei corona. Equ⁹ qdē bellis aptissim⁹ plat⁹ est apt⁹ ad pugnādu3 virilr in bello spūali p subditis suis. Hui⁹ equi assensor subdit⁹ ei⁹ est quē ipse pedibus suis z la boribus ad padisū portat. Uterq3 igif alb⁹ est ta3 ascēsor q̄3 equ⁹ p scē puritatis z puer satiōis can dorē. Di q ipse ascēsor hēbat arcū. Arc⁹ siqde3 bonū est op⁹ vtute obie opatū. Sicut.n.i arcu duo sūt.s.lignū z corda z p cordam q̄ leuis est flectif rigor ligni:sic z corpus flecti o3 ad obie

opus

opus iuxta ipertū pcipientis:lʒ qñqʒ ei difficile sit.Huiꝰ arcꝰ sagitte sūt in obediēdo feruida z ardētia desideria.De qbꝰ pphā ait. Sagitte potētis.i.obedientis q seipʒ vincere pōt acute cū carbonibꝰ desolatorijs.His sagittis pugnat obediēs verꝰ p affectiōes paupertatis ꝯ mūdū p affectiōes castitatis ꝯ carnē:atqʒ p affectiones obie ꝯ diabolū. Sʒ qm̄ obie opꝰ sine pmio esse nō oꝛtʒ subdit.Et data est ei coꝛona.Et pōt illud ei referri ad equū z ascēsoꝛeʒ. Equꝰ pscō.i. plat coꝛonā glie meref:qꝛ bn̄ pcipit atqʒ regit: subditꝰ quoqʒ coꝛonam meref:qꝛ bene obedit. Utriqʒ coꝛonā acqrūt glie sempiterne q̄ i coꝛona q̄ signū est glie z finē in circuitu nō hn̄t significat. ¶ 2ꝰ pficiens pgredit ad celestia regna nauigādo.Nā obia nauis ē q̄ obediēs nauigat p lʒ mare magnū z spaciosuʒ pñtis vite: vt pueniat ad poꝛtū salutis eterne. Obia igit ē nauis illa de q̄ puer.vl.dicit ē.Facta est.s.obia q̄si nauis institoꝛis delōge poꝛtās panē suū. Institoꝛ.n.mercatoꝛ est:nō tm̄ ille q vendit sʒ qui emit:qꝛ.s.mercibꝰ emēdis istat.Talis ē obediēs solicitꝰ z deuotus:qui.s.ptinue oi die oi hoꝛa oi tpe istat:vt emat gl'iā regni celoꝝ. Jn hac siquidē obie naui institoꝛ.i.obediēs de lōge.i.ad poꝛtū sempiterne vite poꝛtat panē suū lucrū obediētie vite sue.Nā sicut q est i naui comedēdo: bibēdo:doꝛmiēdo:z gescēdo pgredit:qꝛ mouetur alieno motu:sic verꝰ obediēs in religiōe ad lr̄am comedēdo:doꝛmiēdo:gescēdo z alia bōa opa opando meref.Hic est panis q in obie naui ad eternā vitaʒ poꝛtat quem quotidie a dn̄o postulamꝰ cū dicimꝰ Mat.vj. Panē nr̄ʒ quotidianū da nobis hodie. ¶ 3ꝰ quoqʒ pfectꝰ pgredit ad celestia regna volando:si tm̄ obia hʒ duas alas.s.castitatē z volūtariaʒ paupertatē.vn̄ Apo.xij.mystice scriptū ē.Et date sūt mulieri due ale agle magne vt volaret i dsrtū i locū suū. Magna qppe agla q̄ celos ascēdēdo penetrauit xp̄s ē.Nā altioꝛis volatꝰ z purioꝛis ptuitus iter ceteras aues ē ipse xp̄s. Sic z ipe ascēdēdo volauit sup cherubin z solē i rota.i.ptem i eternitate solus.vʒ.sine quo nullꝰ viderit cū nemo nouerit pꝛeʒ nisi filꝰ zc.vt dr̄ Mat.xj.Huius magne agle.vʒ.magni ptēplatoꝛis dei piis scʒ xp̄i due sūt ale.s.Castitas z paupertas. Castitas eni magna ē ala q̄ hoieʒ expedit ab illa dilectatiōe q̄ difficillimū ē hoiʒ bn̄ vti z a foꝛtissima occasiōe peccādi.s.a muliere p quam diabolus Adā deuicit Gen.iij. Paupertas quoqʒ magna ala ē sm̄ Ber.q̄ tm̄ cito volat ad celū:naʒ alijs btitudinibꝰ q̄ sequunf pmissio futuro tpe iudicat. Paupertati vō nō tā pmittif:qʒ ēt i pñti donaf dicēte dn̄o Mat.v. Beati paupes spū q̄m ipsoꝝ est.s.ēt in pñti regnum celoꝝ.Has duas alas xp̄o agla magna i se habuit:qꝛ castitateʒ z paupertatē vsqʒ ad moꝛtē puauit.Eadē quoqʒ de obie a xp̄o obediēti danf vt volet in dsertū in locū suū. Locꝰ qppe ppꝛiꝰ aie obediētis celuʒ empireū est qꝛ ad illud ē creata.Hic.n.locꝰ desertū dī eo q a pctoꝛibꝰ angelis desertus est:sicut btūs Judas de ipsis āgelis ait. Qui nō puauerūt suū pncipatū:sʒ dereliqrūt suū domicilū i iudicio magni dei vinculis eternis sub caligine reseruauit.De his alis atqʒ volatu pphera in psona pfecte obedientis ait. Quis dabit mihi pēnas sicut colūbe z volabo.s.per obiam z requiescam.vʒ.in gloꝛia sempiterna.

¶ Articulus tertius de scala sancte obediētie z de septem gradibus eius.

Tertio circa obiam cōtēplemur subiectū ꝯuenientissimū qꝛ dn̄s ait. Sup vos.s.q assūpturi estis vel assūpsistis iam oblie statū. Scdm̄.n. Augu. Opoꝛtebat vt hō sub diuo positꝰ ab aliquo phibere f vt eēt ei virtus obia merēdi : sʒ qꝛ per inobiam ligni vetiti de paradiso expulsus fuit necē est vt in eum p obiaʒ reuertaf. Pꝛoinde Gen.xxviij.in scala Jacob mystice demōstraf. Ubi dr̄. Uidit Jacob in sōnis scalā stanteʒ sup terram z cacumen illius tāgens celū:angelos quoqʒ dei ascēdentes z descēdentes per eam z dn̄m inixum scale. Hec est scala obie qua obedientes religiosi ascendunt in celum:sicut dn̄s Matth.xix.c.ait. Si vis ad vitā ingredi serua mandata.s.sancte religionis.Hanc scalaʒ vidit Jacob doꝛmiēs i itinere lapide supposito capiti. Scdm̄ enim Augustinum in itinere doꝛmire est in via huiꝰ seculi ab impedimēto secularium actionū quiescere.Et sm̄ glo.Caput poꝛnit in lapide qui xp̄o inheret mente. Quia igitur. Basilius: Augustinus : Benedictus atqʒ Franciscus qui approbatas regulas z religiones instituerunt xp̄o adheserunt coꝛde z a curis huiꝰ seculi geuerūt spūalr viderūt visionē hāc hos q̄ttuoꝛ institutoꝛes religionuʒ futuros

previdit Daniel.iij.c.di. Spēs q̄rti q fuit būs
f.filio filio hois.i.xpo est. In hac igit scala q̄t/
tuoꝛ mysteria īsinuant. ¶ Primū mysterium
est itētiōis recte. ¶ 2ᵐ ꝯuersationis scē. ¶ 3ᵐ
opatiōis seu actiōis angelice. ¶ 4ᵐ amplexa/
tiōis dīne. ¶ Primū mysteriuꝫ est itētiōis re/
cte:q2 Jacob vidit scalā stātez sup terrā.s.z ad
celū erectā. In quo rectitudo itētiōis mystice
designat quā.vz.hīc debēt hi q viā obie scē as/
sumere q̄rūt. Nā q in relinquēdo mūdū terre/
nā intētiōem hīt scala erecta nō stat:ſꝫ potius
in terra iacet. Proinde Eccli.iiij.admonet di.
Custodi pedē tuū.i.intētionē z affectionē tuā
ingrediendo domū dei. ¶ 2ᵐ mysteriū est cō/
uersatiōis scē:q2 cacumen illiꝰ tāgebat celū. In
quo mystice denotat q ꝯuersatio religiosoꝛuꝫ
dꝫ eē celestis z scā vel potiꝰ:q2 imediatꝰ trāsitꝰ
est in morte a vis pfecte obie in ipm celū. Naz
fm Ber.de cella itur ad celū. Nihil.n.vel pa/
rū pfecte obediētes moꝛant in purgatoꝛio. Nā
ipsa religio si seruat professio foꝛnax z purgato/
riū est in quo depurant atq3 depurgant veri re
ligiosi. Sicut Sap.iij.ca.scriptū est. Tanq̄ʒ au/
rū in foꝛnace pbauit electos dñs:z q̄si holocau
sti hostiā accepit illos z in tpe.s.transitꝰ de hoc
mūdo erit respectꝰ illoꝝ.s.rectꝰ ad visionez dei
in quo ꝯsistit glia ꝯsumata. De hoc purgatoꝛio
xxvij.q.j.c. Impudicas. Et eccli.xxvij. Uasa
figuli pbat foꝛnax.i.religio scā. ¶ 3ᵐ mysteriū
est opatiōis seu actiōis angelice q̄ vidit Jacob
p hāc scalā angelos ascēdētes z descēdētes. In
h mystice denotat q via obie angelica vita ē.
Siue.n.ascēdat obediēs p lectōez oꝛonē z me/
d itationē seu ꝯtēplationem deo assistēdo sicut
angeli q sp vidēt faciē pris Mat.xviij.siue de/
scēdat p administrationē frībꝰ z pplis seruiendo
iuxta illud. Facis angelos tuos spūs z mistros
tuos ignē vrentē:in vtroq3 ope misteriū ange
loꝝ exercēt z dei volūtatē adiplēt. Ad h ex̄ de
renūcia.in ca.Nisi.xxvj.di.ca.vlt. ¶ 4ᵐ my/
steriū est amplexatiōis dīne:q2 dñs erat innixus
scale vt mystice inuat q̄ʒ parꝰ est dñs aptis bra/
chijs suscipe z amplexari aīam obediētis ascen
dētē in celū:sicut pia mr paruulū ad se currē/
tē dulciter amplexat. In cuiꝰ psōa pphēta ait.
Adhesit aīa mea post te me suscepit dxtera tua.
Et itez Cāt.ij. Leua eiꝰ sub capite meo z dex/
tera illiꝰ āplexabit me. Et itez pphā ingt. Te/
nuisti manū dexterā meā z in volūtate tua de/
duxisti me.s.p obie viā:z cū glīa.s.tādē suscepi
sti me. O q̄ʒtū isłāmare deberet eos q in statu
obie sūt ad viriłr ascēdēdū spe z desiderio ꝯtē/
plādi gloriā illiꝰ magni dei q ipsi scale inixus ē.
exēplo expugnātiū ciuitatē vel castrū qbꝰ si p/
mittat q p q intrauerit dabunt mille aurei:2ꝰ
qngenti:tertio cētū:desideriū tāti lucri tm̄ in/
flāmabit eos q aliq ascēdūt p scalas in lapidū
defensionē tenētes clypeos supra se. Alij ascen/
dūt p lāceas nō timētes lapidū ictus. Alij mo
dis mirabilibꝰ. Quāto magis spes z desideriū
eternoꝝ dꝫ isłāmare suos dei ad ascēsum scale
obie scē oēs supando aduersitates atq3 obie dif
ficultates:vt verificet qd Mat.xj.c.scriptū est:
Regnū celoꝝ vim patit z violēti rapiunt illd.
Porro violēti sūt sibi q abnegātes pprīā volū/
tatē seipsos cogūt alijs obedire. Felix talis co/
actio q̄ celestis regni acqsitio ē. Huiꝰ scale obie
duo latera sūt.s.castitas scā z volūtaria pauper
tas seu abnegatio pp̄e volūtatis z pprij sensus.
¶ Septē quoq3 sūt eiꝰ gradus fꝫ Ber.p quos
verus obediens ascēdit in celū. Primꝰ est obe/
dire libēter. Scd̄s obedire simpłr. Tertiꝰ obe/
dire hylariter. Quartꝰ obedire velociter. Qui
tus obedire viriłr. Sextus obedire humiliter.
Septimus est obedire perseueranter.
¶ Q2 libēter subditꝰ obedirē dꝫ plato suo.C.j.

PRimus gradus est obedire. li
bēter. Hūc gradū nō
pnt ascēdere fm Ber.q pcipiētis suaꝫ
nō fecerit volūtatē. Libēter qppe obediebat q
Joā.iiij.dicebat. Meꝰ cibꝰ est vt faciā volūtatē
eiꝰ q misit me. Aug.quoq3.iiij.ꝯfe.s.ingt. Opti/
mꝰ tuꝰ mister est q nō magis intuet a te audire
qd ipse voluerit:ſꝫ potiꝰ h velle qd a te audie/
rit. ¶ Et itez Ber.ait. Quisqs occulte sata/
git vt qd vult ei platꝰ iniūgat ipse se seducit si
forte sibi q̄si de obia blādiat. Neq3.n.i ea re ipe
plato:ſꝫ magis ei platꝰ obedit. Paratū se osten
dere dꝫ subditꝰ prelato suo sicut Paulus dño.
Actuū.ix.cuz ait. Dñe qd me vis facere. Et.j.
Re.iij. Loqre dñe:q2 audiuit seruus tuus. Et
Esa.sexto. Ecce ego:mitte me. Et puerb.xv.
Rñsio mollis frāgit irā. Qd vbū exponēs scūs
Anto.de padua ait. Rñsio mollis hūilis subdi
ti frāgit irā supbi plati. Et puer.xxvj. Patien
tia.s.subditi lenit pnceps.i.platꝰ z lingua mol/
lis.s.viri

lis.f. viri obedientis pstringet duritiam.f.aufferi plati. Eccle.iiij. Ne conertis 5 ictu fulmis.i.5 volutate plati:s3 humilia ei caput tuu. Et iter Eccl.vj. Lingua eucharis.i.bone gre in bono hoie.i.in bono subdito abundabit: vt dicat cu3 Job.xiij.cap. Vocabis me: z ego rndebo tibi. Rndet pfecto q sibi pcipienti ex aio obedit s3 scm Anto. Nec dubiu fm Ber.in smonib9 qn ampliore gram mereant q obedientez se exhibet an mandatu. Regrit naq3 dns volutarias oblationes. Vn Exo.xxxv.ait Moyses. Ois volutarius z prono aio afferat primicias dno. Coacta.n. suitia deo placere no pnt.xx.q.iij.c. Presens. Contra quoda religiosos rusticane z quodamo asinine pditiois q nisi coacti obedire no pnt. Perfectioris quoq3 charitatz obia e cu grauia pcipiunt. Hinc z aplo Actuum.xxj. audacter igt. Ego.n.n solu alligari:s3 z mori i hierlm parat9 su pp nome dni iesu xpi. Leuior tn obia iudicat qn grauiora pcepta iniucta sut atq3 illa grauior cu faciliora pcipiunt cu ptempt9 hmoi z vilia radice supbie origine sumat. Vn Ber.in li.de pre.z dispe.ait. In obediedi rone hec gnalis rla tenet vt difficilior ib9 qbus cuq3 agedis obia gratior q3 puaricatio grauior iudicet z in facilior ib9 minusq3 onerosis ptept9 dnabilior q3 act9 comedabilior estimetur. Prouide Aug.xij.de ciui.dei ingt. In paradiso tato maior iobia fuit q3to id qd pceptu3 est nullius difficultatis fuit. Vbi.n.magna est in obie pena pposita z res facilis a creatore ipera ta:no satis explicet q3tu malu sit no obedire facili z tate ptatz iperio z tato terreti supplicio.

¶ Quatu gratu sit deo simplr obedire. Ca.ij.

Secundus gradus est obedire simplr. Multos.n.videm9 fm Ber.post pcipientis impium multas facere qones sepius igeminare: Vn hoc veniat:qs hoc inuenit psiliu3. Inde murmuratio excusatio:simulatio impositatis: aduocatio amicor. Cotra quos propheta ait. In auditu auris obediuit mihi vt ondat vno eodeq3 momento pcessisse z iperatis iperium z obsequiu obsequetis. Ad obie simplicitate ptinere vr no iudicare qd vel qre pcipiat. Unde Ber.in li.de pi. Oib9 modis maxie i puersionis initio nulla magis vt9 nobis necia e q3 simplicitas huilis z grauitas vecuda. Et ide3 ad fres de morte dei. Perfecta obia maxie in incipiente idiscreta est: h est discernere qd vel qre pcipiat:s3 ad h tm niti vt fidelr z huilr fiat qd a maiore pcipit. Ide quoq3 de nouitio loqnes ait. Stult9 fiat vt sit sapies:z h ois sit ei9 discretio:vt in h nulla sit discretio:hoc ois ei9 sapia: vt in hac pte nulla sit. Et in smonib9 ibide ait. Rara auis in terra discretio io discretiois locu (fres)in vobis suppleat obie virt9:vt nihil minus nihil alr q3 impatu sit faciatis. Vn Deu. xiij.c.scriptum est. Qd pcipio tibi hodie vt facias dno:nec addas qcq3 nec minuas Julius Cesar cu in p domadis hostib9.v.anor spaciu sibi pmissu3 terminu ptrasisset lic3 gliose triuphasset:honor tn sibi debit9 denegat9 e nec vrbe ingredi pmissus est eo q vltra terminu sibi pfixu mora traxisset. Aug.quoq3 de ciui.dei.c. xviij. Refert d Torqto q filiu no q ptra ptia3: s3 et p ptia pugnabat:tn q 5 impiu3 suu h fecisset occidit ne plus mali in exeplo iperij ptepti q3 glia occisi hostis eet. Scd3.n.leges si qs ex acie3 5 pceptu ducis et fortiter pugnauerit z vicerit.tn punit:q 5 pceptum fecit.ff.de re mili.l.iij.§.i bello. Et notat xxiij.q.v.c.relegetes.in glo.j. Perfecte obedies se d3 hre ad platum sicut iumetu ad dnm suu vt dicere possit ppheticu illud. Ut iumetu fact9 su apud te.z ego sp tecu. Et iter. Qui deducis velut ouem Joseph. Nec est simplicitas illa q tm desiderabat a scis ptib9 in discipulis suis. ¶ Proinde in pn9 non pcipiebat eis pgrua z discreta. Vn in vitis patru ait qda abbati pastori. Seniores no loqunt ab initio ptib9 vel frib9 recta:s3 magis distorta. Et si viderint q ea q tota sunt faciat: ia no loqunt eis nisi qd expedit agnoscentes: q in oib9 obedietes sut. Debet.n.iferiores audire madata supior z platorr qsi eis a dno pciperent. Proinde Luce.x.c.dns ait. Qui vos audit me audit z q vos spernit me spernit:q aut me spernit spernit eu q me misit. Ad h.xxviij. di.c. In nouo. Vn sic no discernerent si aliqd a deo eis pcipet:s3 huilr adiplerent sic disputare no debet de madatz plati. Vn Ber.ait. No te moueat magri iper9:idiscreta ptas:s3 memento q no est ptas nisi a deo:z q prati resistit deo resistit.xj.q.j.c. Quid culpant. Collo.iij. Serui obedite p oia dnis. Et seqt. Qdcuq3 facitis ex aio opamini sicut dno z non hominibus.

¶ Q hylaritas in obediēdo obedientiā reddit gratam. Cap.iij.

t Ertius gradus obie est obedire hylariter.ij. Cor.ix. Hylarē.n.datorē diligit de⁹ ex̄ de dōa. c.j. Uñ Ber.ait. Serenitas ivultu dulcedo in smōib⁹ mltū colorāt obiaz obsequētis. Nubilosa corpis cōpositio ꝛ facies tenebris tristitie obfuscata ab aio recessisse sincerā ꝛ iocūdā obiam manifestāt ꝛ signāt. Uñ.xlj.dis.iii.c. Clericus. Sic ꝯ Aug. Incōpositio.n.corpis q̄litatē indicat mētis. Quis.n.libenter obtēpat hoi tristitiā efflanti. Eccl.xxxv. In oi dato hylarem fac vultū tuū. Cauere dz a murmuratōib⁹ iuxta illud apli. Ad phi.ij. Oia aūt facite sine murmuratōib⁹. Qui.n.cū murmure obediūt felle dñz pascūt.ps. Dederūt in escā meā fel ꝛ i siti mea potauerūt me aceto. Cibus.n.xp̄i est obia ope adipleta. Uñ Joā.iiij.Ipse ait. Me⁹ cib⁹ est vt faciā volūtatē ei⁹ q misit me. Pot⁹ aūt ei⁹ est obia cordis quā dñs pfecto fuit. Fel igit xp̄o in escā daf cū sit murmuratio oris: acetū quoqꝫ ei ministraf in potum cum sit murmuratio cordis. Obia taliū obia demonioꝝ ē. Proīde Lu.iiij. scriptū est: q ad pceptuz xp̄i exibāt demonia a multis clamātia ꝛ dicētia: qꝛ tu es filius dei: q lꝫ obediebāt: tñ obedientes nō fūt. Hi fūt filii Symoni fireneo d̄ quo Mat.xxvij. scriptū est q iuenerūt hoiem cyreneum Symonē noie ꝛ hūc angariauerūt. Sic isti crucē obediēter portāt ꝛ crucis meritū nō agrūt: qꝛ.s.iuiti faciunt. Mltaqꝫ sui āgaria ꝛ platoꝝ tristitia ꝛ melācolia obiam talr̄ qualr̄ iplēt. Sic hodie i mltis lꝫ cē manifesta expientia docet. Tales ēt sūt vt lapides magni q moueri nō pñt sine offensione mouētis. Proinde Eccl.x.c.ait. Qui transfert lapides affligef in eis. Ad l'ram hodie si platus trāsfert de loco ꝯsolabili frēm ad aliū locū non sibi ꝯsolabilē afflictionē ꝛ psecutionē recipiet a frē trāslato. Et addit. Qui scindit ligna.i.vnitā societatē aliquoꝝ seu frm̄ ꝛ aliq̄ruz deuotaꝝ vulneraf ab eis.s. blasphemijs murmuratōib⁹ detractōib⁹ ꝛ ifamijs. Hmōi isup supsunt ꝛ rota carri nō solū in lꝫ qꝛ p defectu victōis murmurāt: sꝫ ēt qꝛ vn⁹ alteꝝ pcedere recusat. Nō sacia lꝫ ait vn⁹: nisi ēt idē ille fecerit. Et de talib⁹ Eccl.xxxiij.ait. Precordia fatui q̄si rota carri. Uñ Joā.xxj. Cū dixisset dñs Petro seq̄re me: ꝛ ille dixisset de Joā. Hic autē qd. Ait illi dñs. Quid ad te tu me seq̄re. Tales ēt sūt sic imagines q̄ i edificijs colūnas sustētāt mirā tristitiā in facie ptendētes. Sꝫ plar⁹ cui⁹ subditi cū tristitia ꝛ murmure parent silis est illi q hñt oia mēbra ifirma q̄ nec̄e hñt mouere: ꝛ nullū mouere pōt sine magno labore ꝛ i magna miseria est. Prelat⁹ hmōi iperat illi ꝛ ille astgif ꝛ tristaf ꝛ ipse cū eo. Silr ēt iperat alteri: ꝛ ille etiā ꝯtristaf ꝛ ipse cū eo. Et sic q obseq debuerunt offendunt. Sed de talib⁹ Ad He.xiij.apls ait. Obedite ppositis vestris ꝛ subiacete eis.

¶ Q velociter dꝫ obia exhiberi. Cap.iiij.

q Uartus gradus ē obedire velociter Lu.xix.a dño dictū est Zacheo. Festinās d̄scēde q statim velociter obediuit. Uñ ꝛ stati subdif: velocis obie remuneratio: cū dñs subdit. Hodie salus huic domui fcā ē Mat.ēt.iiij.c. de Petro ꝛ Andrea a dño vocatis dcm̄ est. At illi relictis retib⁹ secuti sūt eū. Et subdif d̄ Jacobo ꝛ Joā. Illi aūt stati relictis retib⁹ ꝛ pře secuti sunt eū. Canti.v. Man⁹ illius tornatiles. Man⁹ opa signāt: q̄ tūc tornatiles sūt cū ex obia opa velociter fiūt. Pricipib⁹ qppe admodū gratū est cuꝫ pcepta eoꝝ velociter adiplenf. Proīde puer.xxij.c. scriptū ē. Vidisti virū velocē in ope suo corā regib⁹ stabit ex̄ de reg.iur.l.vi.c. Mora.lib.vj. Marianū rauēnatē epz rephēdit Greg. qꝛ stati iniūctis sibi nō obediuit. Et de lꝫ rephēdif eps Sipōtinus.xxvij.q.j.c. Si custos ibi. Et stati nō solū ꝛc. Et sergius defensor eadē.q. ꝛ cā.in.c. Si homo.ibi. Omni excusatōe postposita. Et de hoc etiaꝫ.xviij.q.ij.c. Pridē Gelasius reprehendit castorem episcopum.

¶ Q viriliter ꝛ magnanimiter debꝫ obediētia exhiberi. Cap.v.

q Uintus grad⁹ ē obedire virilr. vñ Ber. Manū tuā misisti ad fortia agēdū est tibi fidēter ꝛ ꝯstāter obediēdū neqꝫ iter aspitatē vboꝝ tā regalis semita relinquēda. Et loqf d̄ semita obie. Hāc semitā xp̄s ēt p morte ignominiosa nō reliqt. Uñ Phi.ij. Fact⁹ ē obediēs vsqꝫ ad mortez: mortē aūt crucis Ber. Memētote frēs qꝛ xp̄s ne pderet obiam pdidit vitam. Et iteꝝ ad frēs de mōte dei ait. Putas obie fructū cū subdi⁹ audit obiaz quā mltꝫ exhorruerat vocꝫ ꝛcū eo

precipitur

pcipit qd redoleat dignitatē: ꝫ̃rio meritū assi/
gnari illi obie q̄ terreat aluz audiētz grauis ad
audiēdū grauio: adiplēdū grauissimū ad tenē
dū. Ad h̃ facit. xix. di. c. i memoria .i pn°. ꝛ. c. dj. c.
ꝯ mox. in pn°. Prouide puer. xxj. Salamō ait.
Uir obediēs loquet victorias. Uincit .n. ver°
obediēs oia mēbra corpis sui exteri° ꝛ volūta/
tē suā iteri°. Uñ Ber. Uer° obediens mādatū
nō pcrastinat: sꝫ parat aures auditui: oculos vi
sui: linguā voci: man° opi: pedes itineri: ꝛ se to/
tū itra se recolligit vt ex toto mādatum pagat
iperātis. Et in smōe de ꝯuersiōe sci Pauli ait.
Multoꝝ pfecto hodie pusillanimitas ꝛ puer/
ditas exigit vt ab eis q̄ri oporteat qd vis vt fa/
ciā tibi nō ipsi q̄rāt qd me vis facē. Cōsidera/
re necio hꝫ mister ꝛ vicari° xp̄i qd sibi pcipi ve
lint nō ipsi ꝯsiderāt q̄ volūtas sit pceptoris. Di
scernūt ꝛ diiudicāt eligētes in qb° obediāt ipe
rāti: imo in qb° pceptorē suū ipsoꝝ obedire ne/
cesse sit volūtati. Nō est eoꝝ obia plena nō i oi/
bus parati sūt obseq: nō p oia sꝫ q̄ pposuerunt
eū q nō suā: sꝫ patris venit facere volūtatem.

¶ De hūilitate q̄ in obia seruari dꝫ. Cap. vj.

S Extus gradus est obedire hu/
milr Ber. Magna v̇i°
hūilitas sine cui° obtētu v̇i° fortitudis
nō solū virt° nō ē: sꝫ ēt in supbiā erūpit. Et ad
talē obie hūilitatē iducēs dñs discipulos suos
Luc. xvij. ait. Cū feceritis oia q̄ pcepta sūt vo/
bis dicite sui iutiles sum°: qd debuim° facē fe/
cim°. Nā sm rei veritatē nō ꝯuenit deo vtili/
tas de opib° nr̃is: sed nobis. Insup ex nr̃is bo/
nis operibus nō fit maior: sicut nec sine eis fit
minor. In tali gradu pphetaerat cum ad deū
ait. Bonorum meorum non indiges.

¶ Q ꝑseueranti obedientie datur gloria sem
puterna. Cap. vij.

S Eptim° gradus est obedire
pseuerāter. Perse/
uerātia .n. sm Ber. singularis ē filia sū
mi regis. Et iteꝝ. Quid currē pdest ꝛ añ me/
tā cursus deficere: sic currite vt cōpꝛehēdatis
j. Corin. ix. Et de pe. dist. iij. Greg .i mora. ait.
Incassū qppe bonū agit si añ vite terminū de/
serat: q: frustra velociter currit q pusq̄ ad me/
tas ꝯueniat deficit. Et de h̃ ēt legit ꝛ notat ex̃
de renūcia. c. j. Oēs qppe v̇tutes sine pseuerā/
tia pugnare ꝯ vitia pñt: sine v̇o pseuerātia vin
cere nō possunt. Unde soli in virtutibus per/
seueranti tribuuntur regna celorum. Proin/
de Matth. x. c. dñs ait. Qui autem perseuera/
uerit vsq̄ in finem hic saluus erit.

¶ Finit declaratio q̃litatis ꝛ pfectiōis euāge/
lice obie quā frēs minores ex rl̃a sua ꝑfitent ꝛ d
xij. gradib° obie scē ab sublimitatē pfectōis ip/
si° veꝝ obediētē religiosū ducētib° ꝛ sibi īfinita
merita ꝛ pmia cumulātib° a scō Ber. edita.

¶ Alia eiusdē expssio: declaratio ꝛ disputatio
p modū dialogi iter Paulū eius discipuluꝫ: ꝛ
ipm scm̄ de euāgelica obia cuius tota mā pter
paucula q̄dā est Petri Joā. in. iij. pte sūme.

P Aulus. ¶ Querebat p
die in smōe ve/
stro Re. pr̃ de voto euangelice
obie. s. an vouere vl alteri homi
obiam pmittere in oib° q̄ nō sūt
ꝯ̃ria aie euāgelice ꝛ pfectioni sit
pfectiōis euāgelice. Et cū mlta audirē ex vob
q̄ in laudē euāgelice pfectōis vl obie venlebāt
hoc certitudinalr asseruistis q vouere obiam
ante dictā est de substātia perfectiōis euāgelice
tanq̄ vnū de pncipalioribꝫ ꝯsilijs xp̄i. Ego v̇o
scolasticus licꝫ scia iperitus nō modicū de his
que pdicastis admirat° suꝫ ꝛ cogitaui in corde
meo humilr postulare declarari a vobis: xp̄ia/
nus sum: ꝛ licꝫ pctis ꝛ negocijs secularib° in/
uolutus: nō tñ deuiare vellem a tramitte veri/
tatis. Cogitaui in corde meo ꝛ ea diligēter exa
minaui q̄dam q̄ opponā sentētijs ꝛ dictis ve/
stris: nō q: tēptare vos vellē aut vobis ostēde/
re me peritum: sꝫ tm̄ vt in mēte mea de pdicta
obia veritas elucescat. Sꝫ ꝛ supportate me iu/
uenē imperitū ꝛ in spūalib° iexpertū. ¶ Ber/
nardinus. ¶ Dic audacter fili ꝛ oē qd de hac
mā dubiū habes aperi ꝯfidenter: nec mihi di/
splicere dꝫ q declarari velis de his q̄ p me di/
cta sunt. Rñdebo tibi fidelr quid de hac mate
ria sentiaꝫ peritorib° qd non fuerit bñdictum
relinquēs humilr emēdandū. Sed vt dicitur
puer. xxij. Appone cor tuuꝫ in doctrina mea.
¶ Paulus. ¶ Humanitas vestra audatiam
mihi pstat vt loquar. Et q: ꝯsueuistis oēs ser/
mones vestros diuidere pncipalr in tres ptes
(qd mihi ꝛ alijs peritioribus me placuit) semper
sequar ego vestigia vestra humiliter opponē/
do cōtra ea que de obia dicta sunt triplici via/

Et probō q̄ tale votuʒ obie primo sit malum. Scd̄o q̄ sit piculosum. Tertio q̄ sit impfectū. ¶ Bernardin⁹. ¶ Ut video armatus venisti ⁊ pparatus: ⁊ placet mihi multū dūmō assentias humilr rōnib⁹ meis. ¶ Paulus. ¶ Nō vt ɔtēnaʒ aut ɔtendā pi ⁊ magr̄ veni. ¶ Bernardinus. ¶ Dic igit̄ confidenter qd̄ sentis.

¶ Articulus p̄mus de q̄ttuor argumentis contra obiaʒ factis .vʒ. q̄ nō est bona talis maxime ⁊ tanta obedientia. ¶ Paulus.

Primo quidē oppono p̄ma via.vʒ. q̄ votū obie maluʒ est q̄druplici argumēto. ¶ Primū argumētuʒ q̄ obia sit ɔ̄ honorem dei. Caplm̄ p̄m. ¶ Paulus.

p Rimo inquā illud est malū qd̄ est in magnā dehonorationē dei: ſʒ subijci alteri q̄ȝ deo vel maxime p tam vniuersalē obiam videt̄ esse in dehonoratione dei ⁊ in tantā aut maiorē sicut est adorare alteꝝ q̄ȝ deum cū magis subijciat hominē obia q̄ȝ adoratio. Vñ.j.Corinth.vij. Videtur Apl's inhibere oēm taleʒ subiectionē dicens. Precio empti estis nolite fieri serui hominū. Ergo tale votū videt̄ malū. ¶ Bernardinus. ¶ Rñdeo q̄ subijci alteri q̄si ille esset deus vere est sūma iniuria dei ⁊ maior q̄ȝ sola adoratio: ſʒ subijci alteri vt vicario dei ⁊ solūmodo ppter deū est sūmus honor dei: ⁊ quoad aliqd maior q̄ȝ si soli deo i psona sua subderet̄. Quod.n.aliqs in tāta reuerētia hʒ regē suum q̄ nō solum sibi subijci velit sed s̄uo suo ppter eum maius est q̄ȝ si subijci vellet sibi soli. quantum aūt ad hoc nō est silr̄ de adoratione: quia adoratio ppriē sumpta signat solū illū reuerētie modū q̄ fit alicui: vt vero deo non vt vicario dei. Verbuʒ aūt apl'i itelligi dʒ de seruitute vitiosa qua hō fuit homini ex timore vel amore mūdano ⁊ vitioso. Ber. quoqʒ in li. de p̄cep. ⁊ dis. ait. Siue deus siue hō vicarius dei mandatū quodcūqʒ tradiderit pari pfecto obseq̄ndum est cura: pari reuerētia deferendū: vbi tñ deo ɔtraria non p̄cipit homo. Et seqtur. Quā obrem qcquid vice dei precipit homo qd̄ non sit tñ certuʒ displicere deo haud secus oīno accipiendum est quasi p̄cipiat deus. ¶ Paulus. Placet quod dicitis. Nam vt video ⁊ ratio ⁊ exemplum ⁊ auctoritas bonuʒ ⁊ sanctum esse ostendunt quod ego putabam malum.

¶ Argumentū scd̄m q̄ obedientia est contra proprium hominis bonum. ¶ Paulus.

s Ecundo insup addam illud qd̄ est magnū preiudicium pprij boni illud est pfecto malum: ſʒ hoc est hmōi q̄r tollit fere totā libertatem agēdi datā homini a deo ad bonū vtile pagenduʒ. Oportet.n. hoīem hmōi obie subiectum stare in oībus volūtati ⁊ ɔsilio supioris. Et sic pʒ q̄ tale votū est malū. ¶ Bernardinus. Ad hoc dicēduʒ q̄ obia hec non tollit aliquam libertatē ad faciēdum bonū sed potius ad illud pmouet. Nā sicut supradictū est p̄lati non hn̄t ptātem in suos frēs ɔtra bonū subditorum: sed solum in bonū eoꝝ. Vñ in hoc prelati potiuʒ sunt serui q̄ȝ dn̄i. ¶ Paulus. Quia ratio vestra intellectum in hoc satis mihi aperit nihil de hoc dubietatis remansit.

¶ Argumentū tertium q̄ obediētia est in dānum prelati. ¶ Paulus.

t Ertio quoqʒ addam q̄ tale votum sit malū. Nam illud qd̄ est in magnū nocumētum p̄lati cui hō subijcit̄ illud est malū: sed hoc est hmōi q̄r opʒ eum icurrere magnā p̄sumptionē.s. in sustinendo ⁊ ɔsentiēdo alijs pponi ⁊ anponi. Et si subijci per hmōi obiam est magis pfectuʒ q̄ȝ non subijci oportebat p̄latum hmōi semp quo ad statū obie impfectuʒ esse. ¶ Bernardinus. ¶ Rñdeo fili mi q̄ quadruplici ex cā hoc nō est in nocumentū prelati. Primo q̄r bonū obie proprie recōpensant̄ sibi in bonū cōmunitatis ⁊ regiminis subditoꝝ. Scd̄o q̄r nullus dʒ ad hoc sumi nisi sit sufficiēter exercitatus i hmōi obie subiectione ita q̄ p prelationē amor obediendi in eo tepescere nō possit. Vñ.j.Thi.iij. de episcopo p̄ficiendo Apl's loquēs ait. Non neophitū ne in supbiam elatus in iudiciū diaboli icidat. Neophitus.n. cōpositum est: ⁊ cōponitur neos cū phitos qd̄ est fides: ⁊ dī neophitus ti. grece. i. nouellus nouicius rudis fidelis vel nuper renatus. Tertio q̄r non dʒ aspirare ad gradum p̄lationis: ſʒ potius semper ad statum subiectiōis nec per se ad illud ascēdere dʒ sed potius a deo p alios dʒ ad hoc trahi ita q̄ solum ppter bonū obie ⁊ charitatis ⁊ vtilitatis fraterne in eo stet q̄si tractus atqʒ inuitus xp̄o: q̄r si bene attēdit ius sue p̄lationis potius

habet

habet vnde humilietur q̃ȝ vnde infletur: quia sua potestas in veritate potius hȝ rõneȝ seruitutis et seruitiȷ q̃ȝ dominiȷ. Hęc autẽ quattuor non obseruatis fateor q̄ multũ perdet de merito obedientię et humilitatis. Sed tũc nihil omnino dãnum vnius puipendendũ esset pro tãto multitudinis bono. ¶ Paulus. ¶ Placet pater q̄ statum pręlationis non inconsulte sed debitis circunstantiȷs firmatis. Sed vtinã religionum pręlati hec seruent.

¶ Argumẽtum quartum q̄ status obie ordinem nature perturbat. ¶ Paulus.

q Uarto quoq̄ supaddo. Uidet eniȝ q̄ id qd̄ perturbat ordinẽ nature a deo institutũ illud est malũ: sed hoc est hmõi q: natura quãtum ad hmõi obiam oẽs instituit pares nisi solum pro quãto filiȷ parẽtibus tenenf obtẽperare: aut insipientes sapiẽtibus. Hic aũt ecõuerso frequenter ptinget: q: parẽtes tenebunf obedire filiȷs sapientes stultis boni malis: que oĩa sunt ptra ordinẽ nature et rõnis. ¶ Bernardinꝰ. ¶ Ad hoc dico q̄ nã non fecit oẽs in hoc pares nisi per puaricationẽ hmõi supioritatis que ex natura nulli datur; nõ aũt per istitutionẽ et ipositionem supioritatis sunt opposita: qn potius naturalis ordo ad hoc iclinat et eius psumatio hoc reqrit. Preterea ſm Tho. ij. ſcde. q. ciiij. ar. j. in corpore. q. Sicut actiones reȝ naturalium pcedunt ex potẽtiȷs nãlibus ita etiã operationes hũane pcedunt ex humana voluntate. Oportuit aũt in rebus nãlibus: vt supiora mouerẽt iferiora ad suas actiones p excellentiã nãlis virtutis diuinitus eis collate. Uñ etiam opȝ in humanis rebus q̄ supiores moueãt inferiores per suã voluntatẽ ex vi auctis diuinitus ordinate. Mouere aũt per rõnẽ et voluntatem est pcipere. Et ideo sicut ex ipso ordine naturali diuinitus instituto inferiora in rebus nãlibus necesse hñt subdi motioni superiorum: ita ẽt in rebus hũanis ex ordine iuris nãlis et diuini tenenf iferiores suis supioribus obedire. Hec ille. Non ẽt veȝ est q̄ ex hoc sequatur stultos pręesse discretis et malos bonis nisi forte per accidens. Per se. n. hoc nõ sequitur nisi ex puersitate eligẽtium plãtos ad hoc malos aut ex cõi miseria huius vite in qua nullus ordo reȝ aut personaȝ est ita fixus aut certus q̄ nihil possit pati inordinatiõis aut dubietatis. Sicut. n. natura p se non itẽdit aut facit monstra seu pctã: imo potius oppositum sic nec lex huius obie per se intendit aut exigit q̄ stulti et mali pręsint discretis et bonis: imo potiꝰ quantum ex se intendit et exigit oppositum: et tñ qñ hoc pter eius intentionẽ et exigentiaȝ ptingit adhuc supfulget et supuincit obie bonum: qd̄ est magna gloria obie q̄ maiores obediant minoribus et q̄ meliores sint prõpti subesse imperfectioribus seu malis. Uñ sup illud qd̄ Mat. iij. c. xp̃s Joãni dixit. Sic. n. decet nos implere oẽm iustitiã. glo. ait. q̄ pfecta humilitas est qñ supior subditur inferiori sicut subdit se xp̃s Joãni plusq̃ȝ qñ inferior supiori aut q̃ȝ quãdo equalis equali. Qꝫ aũt filiȷ vel iuuenes pręsint patribus vel senioribus qñ ad hoc rõne roboris discretionis et scitatis sunt aptiores seruata aſs reuerẽtia (que paternitati et senectuti debetur) nõ repugnat ordini nature: imo potius ordo naturalis rõnis hoc exigit. Et lȝ ordo corporalis gñationis et ordo tẽporalis hoc nõ exigant nõ tñ obuiant ei. Licȝ ẽt pręlatus sit in se malus. s. peccator non tñ in eis que sunt licita et honesta illi parere est malũ. Et in hoc magis refulget virtus humilitatis et obie bonuȝ. In his võ que deo ptraria sunt nemo alicui hoĩuȝ parere dȝ iuxta illud Actuũ. v. Opȝ deo obedire magis q̃ȝ hoĩbus. ¶ Paulus. ¶ Iaȝ intelligo pater q̄ illud qd̄ de obie voto videbaf malum iam mihi incipit apparere bonum.

¶ Articulus. ij. quo arguif q̃druplici argumẽto q̄ votũ obie est piculosuȝ. ¶ Paulus.

Secundo proposui alia via arguere: q̄ tale obie votũ licȝ vt dictum est appeat bonũ videt tñ bonum valde periculosum. ¶ Bernardinus. ¶ Quẽdã obsecro in quo psistat hoc piculum. ¶ Paulus. ¶ Quẽdaȝ qppe per alia quattuor argumẽta.

¶ Argumentum quintum q̄ in obedientia homo se astringit ad parẽdum in rebus periculosis. Capl̃m primum. ¶ Paulus.

p Rimo insup videt q̄ quicũq̄ nescio se constringit ad agẽdum dubia et piculosa magnis periculis se exponit sȝ hoc est in pposito nr̃o: q̄ subditus astringif ad obtẽperandum plato in dubiȷs et periculosis: et ẽt in malis quantũcũq̄

magn. o nisi subditus certitudinaliter sciat ip- sa fore mala. ¶ Bernardinus. ¶ Potest siq- dem subditus dubitare aut ignorare de aliqb' an sint mala vel piculosa dupl'r. vz. aut in vni- uersali aut in particulari. Potest et dubiū esse de iure vel de facto. Primo autē si sit de facto seu de singularibus & circūstantijs in nullo se cōmittit discrimini alicuius mali qn̄ obedit: q2 nullum est sibi pctm̄ nec peccati piculum nisi hmōi dubietas vel ignorātia pueniret ex vo- luntate vel negligētia sua. Scdo aūt si sit dubiū de iure seu in vniuersali. Et tunc aut subditus non tenet scire illud ius & tūc nullū est sibi pec cati piculum: aut tenebat scire: & tunc quāuis nō excusat a toto: q2 tn̄ non facit illud ita vo- luntarius sicut si faceret illud ex se solo motus & q2 semp ibi refulget voluntas & intētio boni obie: excusat a tāto: & hoc nō modicū sed mul- tum est. Quicqd igit est ibi de piculo peccati aut de pctō non pueniit ex obie lege: sz potius ex idebita ignorātia subditi & ex indebito im- perio plati: qd in casu illo p se & ex natura sua subditū nō astringit: sed solū rōne pscie subditi qui iudicat se in illo casu teneri pp̄ter indebitā ignorātiam diuini iuris. Falsa est igit minor: q2 obia nō astringit ad aliqd qd sit subdito malū seu piculosum sed potius facit q aliqua q alr essent subdito mala vel periculosa sint sibi bo- na atq3 secura: aut quod saltem non sint sibi ita mala vel ita periculosa. ¶ Paulus. ¶ Insi- ciari pi non possum quod dicitis ita distincte & lucide qd mihi dubiū erat declaratio.

¶ Argumētum.vj.q obligare se ad id qd est quasi impossibile obseruare etiam periculo- sum est. Capitulum scdm. ¶ Paulus.

Ecundo quoq3 superaddam. Obligare se ad ser- uandū id qd nō est plene in nr̄a pote- state & qd vix pfectissimi seruare pnt est valde piculosū: sz subito ad nutū & impium plati re- frenare aut laxare impetus & motus ac psensus suaꝝ voluntatū & cogitationū non est plene in ptāte et pfectoꝝ viroꝝ: & tn̄ hmōi obia ad hoc astringit ergo piculosū est hoc votū. ¶ Ber- nardinus. ¶ Ad hoc dicendū q sm quosdā nullū impium extēdit se sup secreta cordiū per se: sed solū sup exteriora que hoi sunt visibilia: inquātum aūt ad psecutionē debitā istoꝝ exi- guntur exteriora & intrīn potest super ipsa exte- riora. Fundāt aūt se sup duobus. Primū est q homo sm mentē est solum deo inferior: & ideo mens nullū pōt directe hīe supiorem pter solū deum. Scdm est q inuisibilia nō subsunt iudi- cio & regimini plati nisi quātū visibilibus sunt piuncta. Vn̄ nec per sacra quātūcūq3 sint gl̄ia- lia & necīa sicut baptismus per quē non potest subueniri puero dū est in vtero mr̄is nec ali- cui nisi put est visibilis aut alicui exteriori sen- sui subiacēs nec aliqua pfessio pactoꝝ seu reli- gionis vel mr̄imonij hēt aliqd firmitatis iter hoies nisi sint p aliqua sensibilia exterius expsē- sa & manifesta. Si igit nulla ptās hoium spūa- lis est latior q potestas sacramētalis: nec ipe- rium plati est potētius ad obligādum q pfes- sio solēnis a qua ip3 impiuz robur sumit: ergo impium plati nō erit obligatoriū nisi prout est visibile & prout de visibilib' est. Scdm vo alios hoc nō est veꝝ. Si.n. prelatus pōt sup volun- tatem subditi vt piunctā exteriori actui: ergo multo magis pōt in eam put est opi non piun cta. Maius est.n. posse sup vtrūq3 simul q sup alteꝝ tm̄ illoꝝ duoꝝ. ¶ Item platus pōt pci- pere subditis q fideliter psulant sibi sup aliqui- bus & q sup hoc deliberēt secū. Potest etiam eis pcipere q vacent orōni aut studiose medi- tationi aut q cogitēt de tali sermone pdicādo populo & sic de silibus. Sed isti sunt actus in- teriores p se absq3 exterior: ib' sumpti: ergo pla- tus pōt sup actus iteriorē. Item sm Apl'm ad Ephe.vj. Serui tenent seruire dn̄is nō ad ocu- lum sed sm deū. Ergo ad pceptum dn̄i sui te- nentur actū interiorē ordinare ad deū. Sz sub- ditus euāgelicus plus tenet prelato q seruus dn̄o. Item hō pōt abdicare a suo dn̄io & dare & offerre deo vel alteri in honorē eius qcqd est sub dn̄io suo saltem vbi hoc fieri pōt absq3 ali- quo pctō vel impfectionis piculo. Ergo facul- tatem actuū interioꝝ put sunt p se sumpti pōt hō a se abdicare & pp̄ter deū prelato subijcere sicut & facultatē actuū exterioꝝ cū non minus sint sub dn̄io nr̄o. Vn̄ Ber in libello q incipit multi multa sciūt ait. Bonus obediēs dat suū velle & suū nolle vt possit dicere. Paratum cor meū deus paratū cor meū. Quodcūq3 pcepe- ris facere paratū ad votū & nutū citius obedi- re. Hec Ber. Exercere lēt se in eis put sūt per

se sumpti

se sumpti non habet plus de periculo q̄ exercere se in eis put sunt exteriorib⁹ piuncti. Quis enim dicet q̄ sancte cogitare ⁊ velle bona ⁊ virtuosa aut sancte internos actus virtutū elicere sit imperfectū aut piculosum. Nec ex hoc seqtur q̄ aliq̄s sit nāľr suprior mente eius sꝫ solū iurisditio valet per viā .l. iuris. Hoc āt nō est īpossibile. ¶ Tertio alijs videt q̄ modus medius sit tenēdus. In illis.n. actibus ad quos sic potētes sumus q̄ astringi ad illos q̄ncūq; a plato precipiunt nihil hꝫ piculi nihil vani aut mali extēdit se obia ista nō ad illos ad quos astringi piculosum est. Aut q: nō sumus plene potētes ad illos pagēdos vel vitandos ad nutū prelati aut q: multas hñt itra se pplexitates ⁊ intricationes ⁊ ēt imixtiones multoꝝ motuū vitiosoꝝ. Cū sigs pciperet fratri i volo q̄ ita intense diligas illum vel illū aut q̄ tota die hoc cogites ⁊ nō aliud ⁊ silia stulte preciperet. Quādo vūt precipiunt in gñali aut indeterminate aut sub puenieti determinatiōe q̄ supuacet oroni vel meditatiōi aut q̄ deliberet sup hoc vel illo intelligendo put bono mō ad hoc est potens: tunc tenet. Rōnes aūt modi secūdi nō cogūt ad amplius q̄ ad istud ēt ꝓm sufficiēs verboꝝ nisi forte pter primā rōnem qua nō multū efficaciter videt informare. Nō.n. seqtur q̄ si aliqs pōt supra duo vt sunt piuncta q̄ multo magis possit sup ea vt sunt diuisa. Videmus.n. q̄ aliqs pōt videre duas partes vnius lapilli vel athomi vt piūcte nō aūt vt sunt diuise. Agens etiā creatū pōt super māin ⁊ formā: vt sunt cōiuncta ⁊ piūgibilia nō aūt vt sūt diuisa. Papa etiā pōt multis modis alligare ⁊ soluere aias ⁊ corpus vt sunt in hac vita piuncta: ⁊ nō sic potest qñ sunt post mortē diuisa. Ad casum igitur supratactū redeūdū est. Quādo.n. obligari ad actū interiorē vt p se sumptū nō plus hꝫ piculi q̄ obligari ad vtrunq; actū vt sunt piuncti: tūc.n. tenebit: qñ aūt aliter: aliter. Rōnes aūt pme positiōis facile est dissoluere. Ad pmā aūt iā paulo supra rñsum. f. in fine scde positionis. Ad scdaꝫ aūt pōt dici q̄ impium plati nō fert imediate nec pncipaľr sup actus iteriores nec sup ipsam mētē: sꝫ potius sup totā psonā hōis. Persona.n. est q̄ per hmōi imperiū obligat ad illos actus ⁊ illa rōne sui corpis est visibilis. Et sic est in baptismo ⁊ in alijs sacramētis quoꝝ efficacia mentem attingit. Unde ⁊ per ea grās internas acquirimus. Sꝫ tñ hoc est p hoc q̄ pncipaľr ordinant ad totā psonā que rōne sui corporis subiacet sensibus. Ex his aūt pꝫ ad scdm pncipale q̄ i nullo est ptra vltimā istā positionem. Qd̄ vō in verbo bti Bernardi tangit de obediēdo ad nutum plati nō est itelligendū q̄ simplici vbo vel cuicūq; nutu plati teneamur sic obedire q̄ ꝯ agēdo peccemus mortaľr: tum q: talis obligatio eēt piculosissima: tū q: eēt ēt ptra itentionē plati pcipientis: ⁊q non itendit nos sic fortiter obligare p simplex verbū aut p quēcūq; nutū. Et iō nisi expsse appeat q̄ in tali fortitudie obligare itendit nō agēdo nisi hoc faceret ex magno eius ptēptu aut ita frequēter q̄ saperet māifestū ptēptū. ¶ Paulus. ¶ Lōga quippe ⁊ difficilis fuit rñsio hec mee dubitatiōis ⁊ multū suspēderat aīe mētē meam vbū bti Bernardi: licꝫ in argumēto meo nō posuerim illud. Tñ letat⁹ sum qñ dño ispirāte p vos in medium deductum est magisq; gauisus sū quando quō intelligi debeat declarastis.

¶ Argumētum. vij. q̄ subditus a plato sepe pōt puocari ad iram. ¶ Paulus.

Tertio vltra pdicta supaddā. Videtur.n. q̄ platus tāꝫ p se q̄ p alios subditos suos freqnter possit subditū suum puocare suo impio ⁊ mō indiscreto atq; pteruo ad itolerabilē impatiētiā ⁊ idignationē: ad indebile pusillanimitatis timorē ad idebite gratie ⁊ adulatiōis fauorem: ⁊ ad idebite lasciuie laxationē: q: nō solū qd̄ precipit sed qd̄ agitur a platis facile trahit in exēplū. Si ergo piculosū est se associare vni simplici socio q ad hoc puocaret multo magis piculosum erit se subdere tali plato. ¶ Bernardinus. ¶ Rñdeo q̄ sicut supius tactū est lex obie non itendit nec exigit malū platum: imo potius bonū. Proinde mala platoꝝ in argumēto per te facta p ꝯñs non sequunt ad eam: ⁊ tñ cum hoc bonū obie hic relucet: q: inclinat subditū ad patiētiā ⁊ hūilitatē ⁊ ad dei timorē potius q̄ ad timorem hois: cū obia non faciat obedire plato nisi solum pter timorē dei atq; propter eius amorē. Illa ergo vitia nō sequūt in subdito ex obediētie voto sed ex subditi imperfectione occasione a prelato data atq; a subdito vitiose assumpta. Per se aūt bona nō sunt

dimittenda nec diiudicanda esse mala propter aliqua nocumēta que aliqñ p accidēs ea comitanf:q: vix est aliqd bonū in vita ista qn aliqñ multa mala ipm p accñs subsequanf.Et sic oē bonū hui⁹vite dimittēdum esset. ℭ Paulus.

ℭ Fateor qd dicitis p:īnā ⁊ d: passiōe xpi ⁊ d sctissimo sacro altaris atq3 de multis scripturis sacris multe hereses exorte sunt:⁊ quasi infinita mala ppter erroneum intellectum.

ℭ Argumētum.viij.q: scandalosum est p obedientiam reuelare secreta. ℭ Paulus.

q Uarto etiā supaddam⁹. Porro reuelare pprias cogitatiōes:⁊ occultos defectus suivel alioꝝ est piculū mltiplicis scādalisq3 vouēs talē obiaq3 tenebif ad ista.ergo piculosum est tale votum.

ℭ Bernardi. ℭ A multis qppe sapiētib⁹ tenef q: reuelatio cogitationū nō subest pprie ⁊ directe obie voto nec iperio alicuius plati. Dicūt.n.q: q̄uis aliqs cogitatiōes ⁊ affectiones posset hō licite reuelare:obligare tñ se ad reuelandū q̄scūq3 qñ sibi pciperef eēt piculuq3 magnaꝝ īsamiaꝝ atq3 scandaloꝝ multoꝝ:⁊ idem seqref si obligaret se ad reuelandum solas illas quas alias posset licite absq3 sui īsamia vel alicui⁹scādalo reuelare:q: tunc ad impsum plati q̄renti sibi reuelari eas de qb⁹ licq3 qcunq3 nō reuelaret.Aut oporteret eū mētiri aut contra obiam agere.Aut tenēdo manifeste inueret q: cogitatiōes ille quas tūc celabat erāt male. Et ita p q̄ns obligat⁹esset ad piculū infamie sue ⁊ scandali alieni.Quicqd aūt sit de h ad ppositū nō refert:q: si obligare se ad reuelationē cogitationū est malū aut piculosum:q̄stat bm pdeterminata q: nō subest voto hmōi obie reuelatio earūdē.Si aūt nō est malū vel piculosum:nec etiā impfectū se ad hoc obligare idubitāter reuelatio eaꝝ suberit huic altissime obie. Et ita nullo mō arg^m pdictū cogit.De occultis etiaq3 defectib⁹suis q in ope exteriori fuerūt de qbus nulla suspicio in gñe vł in specie iā pcessit:pdicti sapiētes idē dicūt pp easdē cās.Qia hec spectant bm eos ad solū sacr^m q̄fessiōis.De occultis aūt dfectib⁹alioꝝ dicūt q dā q: plato nō est obediendū q̄tra pceptum dei bm illud Act.v. Obedire op3 deo magis q̄ hoib⁹.Et iō qñ plat⁹pcipit vt sibi dicaf qd qs sciuerit corrigendū itelligēdū est pceptū sane.i.saluo ordie correptiōis fraterne siue pceptuq3 sit cōiter ad oēs siue ad aliquē spāalr.Sq3 si platus pciperet cōtra hūc ordinē diuinit⁹ istitutū ⁊ ipse peccaret pcipiens ⁊ ipse obediens q̄si q̄ pceptū dñi agēres:vñ nō eēt illi obediendū:q: plat⁹ nō est iudex occultoꝝ:sq3 solus de⁹.Uñ nō h3 ptātē pcipiendi aliqd sup occultis nisi inq̄tū p aliqua inditia manifestanf:puta p isamiā vł p aliquas suspitiōes in qb⁹casib⁹ pōt platus pcipe eodeq3 mō:sicut ⁊ iudex secularis vel ecclesiastic⁹ pōt exigere iuramētum de veritate dicēda.Et huius opionis est Thomas. ℭ Paulus. ℭ Jam vuis rōnib⁹itellexi q: id qd prius putabaq3 malum est bonū:⁊ id qd estimabaq3 piculosum video iam secuꝝ.Sq3 nōdū intelligere queo quō tale votū sit pfectū.Nā pma facie esse arbitror impfectū. ℭ Bernardinus. ℭ Spero in grā saluatoris q hui⁹voti dedit q̄silium:q: etiā ei⁹ perfectionis tibi tribuet intellectum.

ℭ Articulus tertius.Q: obedientie votuq3 licet sit bonum atq3 securum videtur nihilominus imperfectum. ℭ Paulus.

Tertio p:oposui alia via arguere:q: lq3 tale votū sit bonū atq3 securuq3 tñ esse vł impfectū. ℭ Ber. ℭ Ego quoq3 capio argumēta tua ⁊ in quo fundenf cū ipse magister pfectionis dederit de hoc voto tanq̄ de re perfecta consilium. Insup ⁊ in veteri testamento deus per pphetam ait.Uouete:hoc est perfectionis cōsiliū:⁊ reddite domino deo vestro ⁊ hoc obligationis pceptum. ℭ Paulus. Aperiam quod me mouet.

ℭ Argumentū q̄trarium q: perfectis est preci pere q̄ parere. ℭ Paulus. Cap.j.

p Rimo enim videtur q: si stat⁹ prelati perfectior est q̄ ipsius subditi:ergo ⁊ actus competens prelato inquātum tali perfectior est q̄ actus q competit subdito inquantum tali est subijci ⁊ obedire.ergo perfectius est pcipere q̄ subijci: ⁊ imperare q̄ obedire.ergo maioris perfectionis est astringere se ad imperandum q̄ ad obediendum. ℭ Bernardinus. ℭ Ad hoc dicēdum q: loquendo de perfectione auctoritatis ⁊ dignitatis status prelationis perfectior est q̄ stat⁹ subditi.Loquēdo aūt de pfectiōe sctitatis nō est bm se pfectior nisi solū p tāto q: añ pmotioneq3 ⁊ post exigit maioꝝ pfectionē ⁊ sanctitatem

tatem in prelato q̃ʒ status subditi in subdito. Scd̄m aūt hoc silr est ↄcedēdum ꝙ imperare ⁊ precipere est actus maioris auc̄tis ⁊ dignitatis q̃ʒ subijci ⁊ obedire: ⁊ ꝙ maiorē virtutē ꝓexigit in imperāte ad hoc ꝙ pfecte fiat: ⁊ ad hoc ꝙ pfectis circūstātijs vestiat q̃ʒ obedire regrat in obediēte. ℂ Sciēduʒ aūt ꝙ dignitas ⁊ auctoritas nō est creature appetibilis pp se ſʒ solū ꝓpter alioꝝ vtilitatē ⁊ dei honorē. Nō.n.cōpetit hoi ſm se seu ſm id qđ hʒ a se cum ſm se sit nihil ⁊ pctō: ꝓpter qđ imparare ex suo gn̄e non dicit actum virtutis nec ↄueniēter pōt cadere sub ipso voto. Vouere.n.ꝓhidētie statū ⁊ offm̄ imperāti nullius est meriti quāuis in hoc obedire supiori ad talē statū cogenti meritoriū esse possit. Subijci vero vel obedire est actus de se appetibilis q hʒ in se multū de rōne humilitatis: tū qꝛ in hoc ꝓncipalr itēdit bonū subditi: tum qꝛ p hoc ꝓcurat subdito adiutoriū ad regimen ꝓlati: tū qꝛ cōpetit hoi ſm id qđ hʒ a se scʒ nihilitatē atqʒ pctm̄ ⁊ defectū discretiōis ⁊ volūtatis ad seipm̄ pfecte gubernandū. Unde subijci ⁊ obedire ex suo gn̄e dicūt magis actuʒ virtutis q̃ʒ imparare ⁊ maxime ꝓut ꝓcedūt a voto ⁊ virtute obie pp qđ ⁊ vouere ea est meriti magis: ⁊ idcirco status subiectionis ex suo gn̄e dicit maiorē pfectionē v̄tutis q̃ʒ status ꝓlationis. Cuius signuʒ est ꝙ appetere ꝓmum est signū magne hūilitatis ⁊ pfectiōis: appetere vo 2m est vt plurimū magne ambitionis ⁊ impfectionis. ℂ Paulus. ℂ Q̄ꝫ hoc sit veꝝ expientia manifestat. Nā plerosqʒ ego iuuenis noui q vt possent pficere aiabus ⁊ augmētare honorem dei q̄sierūt ꝓlationē. Et postq̃ʒ ascēderūt ad gradus vt se manu tenerēt in ꝓlatiōe commixti sunt iter gētes ⁊ didicerūt opa eoꝝ ⁊ seruierūt sculptilib⁹ eoꝝ ⁊ factū est illis in scādalum. Qđ arbitror ↄtigisse vel qꝛ seipsos deceperūt p occultā ambitionem sub spē zeli: vel qꝛ postq̃ʒ ascēderūt ad gradus ex impfectiōe eoꝝ ꝓlapsi sunt sicut scriptū est. Honores mutant mores. ℂ Bernardinus. ℂ Nō est gr̄a parui luminis hoc itelligere dilecte fili ⁊ huic sententie adherere. Sequere interim quod cepisti. ℂ Paulus. ℂ Dubitabaʒ pater longiori sermone vos grauare: sed qꝛ video vos libenter audire delectat me dicere.

ℂ Argumētū.x. Q̄ꝫ votū obie impfectū est exemplo anachoritaꝝ. Ca.ij. ℂ Paulus.

q **Uero** antalis frater minor fact⁹ eps:vel ad aliā religionez legitime trāslatus:succedat ab intestato parētibus agnatis z cognatis. Et videt q̄ sic.vt.ff.de sen.pas.l.i. Cōtra videt q̄ nō : casus est.ff.ad.trebel.l.ij.§.i.vbi loquitur de filio satisfacto seruo.z postea liberato. ¶ So.putarē dicendū sic:vt iste liberat ab ordie auctoritate sūmi pōtificis:z puto q̄ ius succedēdi recuperet vt.l.i.de sen.pas.ad trebel.l.i.§.filius q mortis. ¶ Itē puto si aliter legitime ab aliquo archiepo vel aliquo plato pmoueret ad aliquā dignitatē:p hāc.n.pcessionē bñficij itelligo eū ad oia restitutū:vt dictis legis:quū ius succedēdi recuperet:nec est in eo statu in quo erat añ igressū:facit.xix.q.i.c.statutū.p qd.c.z multas alias rōnes. R.P.d.Frācīscus ð Assio de cretorum doctor abbas monasterij camei regij istā passū ad mei iterrogationē sic disputās determinauit. Si vō reperiret alius modus licit⁹ q̄ expssa pcessiōe bñficij vel dignitatis p quaz ab eo ordine absolueret:tūc ius succedēdi non recuperaret.vt.d.l.ij.§.i.ad trebel.z.d.l.i.§.filius q mortis.eo.ti.vbi tex.facit istā distinctionē z bñ alias aduertat. Hoc aūt pōt ptingere si aliqs frater pp ei⁹ demerita ab ordine licētiaretur:z ab ordine ei pmitteret:vt trāsiret ad aliā regulā:q̄ eo casu eis licet nō alias vt p multa priuilegia romanoꝝ pōtificū frib⁹ est pcessū:q̄ hic non refero:q: lōgū:eo casu nō puto eos re/

cuperare ius succedēdi per iura pdicta:illa.n. absolutio magis est ad penā:q̄ȝ ad pmium ⁊c.

p Osset queri aliquis erat grauatus restituere:si ōcederet fine liberis q decessit instituto filio fratre minore:An talis filius facit istam conditionem deficere ⁊c. ¶ Uel pone per Italiaȝ sunt statuta q̄ filie femine non succedant extantib⁹ masculis. Utrum filius masculus frater minor facit feminaȝ nō admitti. Et plura alia possent queri q̄ licȝ sint dubia pp statum frm̄ minorū: tn̄ q2 hec ad eos non ptinent:non est.n.eoꝶ cō modū vel icōmodū:iō ad p̄sens opus nō pertinēt:sȝ hec in alijs locis debitis sūt tractāda.

¶ Explicit tractat⁹ minoꝶ cap.d. Bartoli de Saxoferraro ciuis Perusini egregij legum doctoris sup rl'aȝ frm̄ minoꝶ: Anno dn̄i.1353.in ditione gnta:tempore sanctissimi in christo patris ⁊ domini dn̄i Innocētij pape sexti.

¶ Incipiūt ꝯstitutiōes papales Bn̄dicti.xij. que ⁊ si pro ꝯuentualib⁹ tm̄ faciāt attamē quia q̄ȝpluribus in nostris declarationibus citātur iccirco interferuntur.

¶ Incipiunt capl'a ꝯstitutionuȝ earūdem.

¶ Incipit epistola.G.M. ad pūinciales Ministros ordinis minorum de acceptis constitutionibus Benedicti.xij.

i N christo mihi charissimis fribuȝ Ministros: Custodib⁹: Guardianis:ceterisq̄ȝ fribus ordinis minoꝶ:frater Gerardus Gn̄alis mister ⁊ seruus. Salutē ⁊ paceȝ in dn̄o sempiternā. L'ras sciss̄imi in xp̄o pris ⁊ dn̄i dn̄i Bn̄dicti diuina ꝓuidētia pape duodecimi. Ordinationes p eum circa statū nr̄m editas:statuta mādata ⁊ volūtateȝ ipsi⁹ plenius ꝯtinētes me noueritis cū debita reuerētia recepisse:cū diligentia ispexisse ⁊ in nr̄o gn̄ali caplo apud Caturchū Anno dn̄i.1307. In Pēthecoste celebrato. Solēniter legi ⁊ publicari fecisse:quarū l'rarum tenor de verbo ad verbū est iste.

¶ Incipiunt cōstitutiones. Prologus.

B Enedictus ep̄s:seruus seruoꝶ dei. Ad ppetuā rei memoriā. Redēptor nr̄ factor celoruȝ ⁊ vniuerse ꝯditor creature:hominē creaturaꝶ terrestrium dignissimū:iō ad imaginem suā ꝯdidit vt in bonis ⁊ sanctis opib⁹: sui fit imitator auctoris:⁊ hāc eē voluit hūani gn̄is dignitatē vt in eo q̄si in quodā speculo ⁊ diuine imaginis forma resplēdeat:⁊ scōrum opa reluceant actionuȝ:donās eis fm̄ vnū ⁊ eundem spm̄ diuersoꝶ dona carismatū. Scdȝ grās differētes fundās militātē ecclesiā eāq̄ȝ insignēs diuersis ꝯditionibus bonum in xp̄o credētium ⁊ ordinib⁹ in diuinis obsequijs

obsequijs militātiū psonaꝝ que viuentes sub regula ab ipa iter recte viuēdi recipiunt ꝛ trāsigendi psentis militie cursū p diuinoꝝ semitam mādatoꝝ normā sanctā suscipiūt ꝛ laudabilē disciplinā. ¶ Ut igit in sacro frm minoꝝ ordine quē ab olim gessimus ꝛ gerim⁹ in visceribꝰ charitatis diuinoꝝ offōꝝ sacrificium: debitūq; silētium ciboꝝ abstinētia scimonia habitꝰ obsuenſ: studium quoq; sacre pagine in dicto ordine vigeat ꝛ psonis eiusdē ordis ad'ß aptis insistendi: disciplinis scolasticis cōmoditas ministref ac charitas dei ex qua ꝟtutes cetere generanſ: regnet ꝛ ferueat in cordibus eoꝝdem ceterẽq; laudabiles obsuātie regulares sic exēplariter luceant in eisdē: vt sint etiā alijs in recte viuendi speculum ꝛ imitāde scitatis exemplū ad laudē dei ꝛ spūalem pfectū oium militātiū in ordine memorato. Infrascriptas ordinatiōes in dicto ordine auxiliante deo ppetuis futuris tpibus obsuandas adhibitis ēt nobis ad hec q; pluribꝰ viris solēnibus scē ro. ecclesie Cardinalibꝰ. vz. venerabilibꝰ fribꝰ Petro penestrinensi Gualselmo albanensi epis ac dilectis Petro tituli sancte Praxedis psbytero: ac Girardo ecclesie scē Lucie in silice: ꝛ Beltrando ecclesie scē Marie in acqro diaconibus cardinalibꝰ: ac ēt venerabilibꝰ fribꝰ nr̄is Soccio pilarcha Cōstātinopolitano ꝛ Jacobo epo Bux. Gilberto sancti Uictoris marsiliēsis: ac Guilelmo montis folloꝝ dilectis filijs carcasonēsis diocesis abbatibꝰ monasterioꝝ: carthasensiū diaconibꝰ: necnō Geraldo gnāli Henrico Frācie: Joāne Burgūdie: Pastore prouincie: Petro Tuscie: necnon Pontio carbonelli Aragonie: ac Petro de Saxoferrato: marchie anchonitane: Philippo quodā Mediolanē. Laurētio: laboris puincialibꝰ mistris: Nicolao de Rodio: Gualtero canto: Guilelmo: Bernardi de Podio: Antonio d Ualētia: Fortanerio vasalli sacre theologie magr̄is: ac Petro d stra tapcurato: e i curia dicti ordis minoꝝ eiusdē ordis pfessoribus prouidimus faciendas.

¶ De diuino officio. Cap. j.

In primis circa agēdū diuinū offm̄ i eodē ordine aucte aplica ordinam⁹ q; añ missaꝝ ꝛ horaꝝ pncipia: frēs dicti ordis: quos cā rōnabilis nō excusat ad choꝝ ꝯueniant ppa raturi dño corda sua: ibiq; sine discursu: murmure: risu: absq; vagis ꝛ vanis aspectibus: sub silētio: in pace ꝛ cū debita grauitate pmaneāt: cantent: ꝛ orent: ꝛ vsq; in finē vnanimiter pseuerent. Quia vo cant⁹ ecclesiasticus diuine laudis sacrificium: fructusq; labioꝝ cauetium: nō solum eoꝝ q psallūt: sz ēt auditoꝝ edificatio eē dz: eosdē frēs hortamur in dño vt diuinas laudes itegre: attēte: honeste ac religiose psoluāt: gestus leues: ꝛ cant⁹ dissolutos seu fractos oino declinent: tractim psallāt: debito more iuce pta q̄ simul canēda sunt simul ꝯtinuent: simul pausent. ¶ Ordinam⁹ ēt q; in singulis ordis iaꝫ dicti ꝯuentibꝰ: hora sexta: sicut alie hore cū nota dicaſ. Custodes ꝛ guardiani eoꝝq; vicarij diligēter itendāt: q; pscript⁹ modus veniendi ad choꝝ ꝛ dicēdi offm̄ iugiter obseruef. Si vo quēq; in aliquo pmissoꝝ culpabilem cōpererint debite puniant fm delicti exigētiaꝫ siue culpe. ¶ Minister vo gñalis seu puinciales ipsos custodes ꝛ guardianos eorumq; vicarios quos sup ordinationū hmōi obseruātia depxehēderint notorie negligētes a suis officijs tam q; negligētes ꝛ inutiles debeant amouere: forma aūt circa hmōi amotionē descripta iferius obseruata. Nullusq; frater eximaf a choro: sed oēs frēs teneantur ire ad oēs horas canonicas ꝛ ad missas: exceptis egrotātibꝰ actu ꝛ multuꝫ antiqs sup qbꝰ guardiani habeant arbitrari ꝛ magistris ꝛ lectoribꝰ ac Bacalarijs in gñalibꝰ studijs ꝯstitutis: ꝛ legētibꝰ in alijs studys dum actu suas ꝯtinuant lectiōes: exceptis ēt studētibus dn̄ in lectionibꝰ theologie vel disputationibus ordinarijs fuerint occupati. Porro illi de pdictis q ne surgāt ad matutinū in oratoriū cū alijs sunt exēpti: ꝯueniāt hora ꝯgrua simul ad capl̄m: vel locū alium idoneū ꝛ ibidē simul offm̄ matutinale psoluāt. Ad hoc aūt astringi nolumus grauiter egrotātes vel lectores actu legentes qui cōmode nequeunt interesse.

De silentio. Cap. ij.

Preterea q; par est opus iustitie: ꝛ silētium cultus eius ne deuotiōis seruor: p ingētudinē multiloquij extinguaf. Statuim⁹ ꝛ ēt ordinam⁹ q; silētiū a cōpletorio vsq; ad pmā pulsatiōnē pme diei sequētis ab oibꝰ obseruef exceptis hospitibꝰ de nouo venientibꝰ: ꝛ eis mistrātibꝰ

vel assistentib⁹ vsq; ad horam ꝯgruam de guardiani sui licētia vel mādato. Sileaꝫ aūt in claustro: in choro: ꝛ in ecclesia: a pncipio chori: ꝛ supra: ꝛ in dormitorio i quo sūt celle siue studia: omni tpe: in dormitorio vero a studijs separato: tpibus qb⁹ frēs ibidem dormiunt: ꝛ in refectorio taꝫ in pma mēsa q̄ȝ in scda: ꝛ extra refectorium vbi erit multitudo frm̄ simul comedentium ꝛ hoc nō solū a residētibus verūetiā a forensib⁹ obseruetꝫ. In locis aūt vbi frēs nō hūt officinas distinctas ab imediatis supiorib⁹ eoꝝ locoꝝ: loca distincta ꝛ cōmoda dputenꝫ: vbi fratres sileant ꝛ vbi possint loq ad̄s dū opꝫ. Sitr hora dormitionis a festo resurrectiōis dn̄i vsq; festum exaltationis scē crucis: qualibꝫ die post secūdam mēsam imediate pulseꝫ cāpanella refectorij ꝛ ex tūc sileaꝫ vsq; ad nonā. In diebus vo ieiunioꝝ: simili mō a pulsata cāpanella: post mēsam secūdam silentium obseruetꝫ: donec fiat signū surgēdi a sōno: ſm spaciuꝫ a Guardiano puide assignādum. Liceat tn̄ fribus qꝫ necesse est loq: breuiter ꝛ submisse. Si qs aūt silētium fregerit: debeat in capl̄o dicere culpā suam: eaꝫ put qs deliquisse meminerit exprimēdo cui a Guardiano abstinētia a pulmēto vel a vino vl ab vtrisq; vel alia pena vel penitētia ſm culpe exigentiam imponatur.

¶ De salubri nouicioꝝ ꝛ iuuenum informatione. Cap. iij.

Circa salubrem quoq; Nouicioꝝ ꝛ iuuenū dicti ordinis infor mationem. Statuimus ꝛ mandamus inuiolabiliter obseruandum: qꝫ qlibet prouincialis Minister: vel eius locum tenens annuatim in tabula diffinitionis sui pūincialis capituli: de diffinitoꝝ ꝯsilio certos ꝯuentus in sua pūincia deputet: in qbus omnes nouicij: eiusdem pūincie debeant cōmorari: ꝛ in quolibet illorum ꝯuentuum: Magistrum nouicioꝝ assignet: virum in eadem religione pbatum: maturum: deuotū: puidum: ꝛ discretū: qui hmōi nouicioꝝ ꝯtinuam curaꝫ gerat: qui eos doceat pure ꝛ frequēter confiteri: ardēter orare: honeste ꝯuersari humilr̄ obedire: ꝛ seruare cordis ꝛ corporis puritatē: zelare sacratissimā paupꝫtatē: mores ꝛ obseruātias eiusdē religiōis eis verbo ꝛ exēplo demōstret. Hmōi aūt nouicij sue pbationis tempore studio scolastico nō intēdant: sed diuinū adiscant officium: studio deuotiōis ꝛ orationis vigilāter insistant: nec ordines sacros suscipiant: nec ꝯfessiones audiant si fuerint sacerdotes: nec portā ꝯuentus exeant nisi cā trāslationis: vel gn̄alis pcessionis: vel emergentis necessitatis: vel alia iusta: seu rōnabili causa q per frēs ꝯfessores ꝛ predicatores ꝯuentus: vbi hmōi nouicij fuerint extiterit iudicata: nec litteras mittant nec recipiant sine sui magistri licentia spāli: nec loquanꝫ cuꝫ aliqua seculari psona: nisi suo pn̄te magistro: aut alio p suum magistrū vel guardianū ad hoc specialr̄ deputato. Caueant aūt guardiani ꝛ ipsoꝝ nouicioꝝ magistri ac frēs alij ne quē ꝯstitutum infra pbationis annū: aliqualr̄ impedire pūmant: quominus ad aliam religionē q̄ȝ maluerit trāseat: vel oīno ad seculum redeat si de sua processerit volūtate. Professio quoq; iuuenib⁹ qui etatis sue annū .xxv. nūdum attingerint: simili mō p ipm ministruꝫ: aliqs magister idoneus deputetꝫ qui sup eoꝝ vita ꝯtinue ꝛ diligenter inuigilet eos morib⁹ instruat: ab insolētia cōpescat ac retrahat ꝛ ad regularem obseruātiam istāter iducat. Si q vo istructionem dicti magistri nō reuerenter ꝛ cuꝫ effectu receperint ipse magister defect⁹ ꝛ excessus eoꝝ ac cōtumaciam custodi suo vel guardiano denūciet: q eos tali disciplie subijciat qꝫ ceteris transeat in exēplum. Si q vero hmōi magistroꝝ post pūinciale capl̄m morte vel lōga egritudine: vel alia iusta aut rationabili cā fuerint ipediti minister eoꝝ cum discretoꝝ frm̄ ꝯsilio de alijs idoneis debeat celeriter puidere. Tpe aūt regiminis seu cure huius magisterij pdicti magistri non mittanꝫ extra ꝯuentus seu loca in qbus ad pdicta fuerint deputati: aut alias sic occupenꝫ quo min⁹ vtiliter ꝛ salubriter cure intēdere valeant prelibate. Si aūt frēs ad huius magisterium deputati ipsuꝫ pertinaciter suscipere recusauerint puniantur pena qua fratres inobedientes debent ſm ipsius ordinis instituta puniri.

¶ De abstinentia. Cap. iiij.

Circa abstinētiam vero puide duximus ordinandū qꝫ in gn̄ali ꝛ pūincialibus capl̄is ꝛ etiam vbiq; in refectorijs dicti ordinis abstineaꝫ ab esu carnium quodq; vbi cōmode fieri poterit in conuentu quolibet ordinis vna magna pars ipsi⁹ conuentus

conuentus iuxta dispōnem guardiani ac consi/
liatoꝝ ꝯuentus:ol die in refectorio comedat ꝛ
in domo in qua alia ps ꝯuent⁹ iuxta dispōnem
dicti guardiani comederit sicut refectorio ab
oībus silentium obseruet:ꝛ in mensa habeat le
ctio. In festiuitatib⁹ vo natiuitatis:resurrectio
nis ꝛ ascēsionis dñice:pētheco.aploꝝ Petri ꝛ
Pauli. Assumptiōis Uirginis gloriose ꝛ beati
F.sci Antonij:ꝛ bti Ludouici epi totus ꝯuen
tus in refectorio comedat. Rursus ēt ordina/
mus ꝙ mistri:custodes ꝛ guardiani ac eoꝝ vi/
carij sint cum frib⁹ in ꝯuentu in eccl'ia:in men
sa ꝛ in cibis:vestibus:ꝛ lectis:ꝗdiu sani ꝛ for/
tes fuerint eisdē fribus se ꝯforment. Ubi tā de/
bilitas vel infirmitas aut labor itineris seu ad
ministratiōis alr suasserit faciendū possint se a
cōi vita ꝯuētus. Infirmi qdē ꝛ debiles se sub/
trahere ꝗdiu infirmitas vl' debilitas durauerit.
Alij vo itineris seu admistratiōis labor ib⁹ fati
gati:dieb⁹ aliqb⁹ separi pōt ꝛ in aliquo ꝯgruo
ꝛ honesto loco refici moderate a supfluis cōui/
uijs ꝛ excessiuis expēsis penitus pcauēdo. Or/
dinam⁹ ꝙ mistri ꝛ custodes solicitā curā gerāt
ꝙ de elemosynis ꝛ reb⁹alijs q̄ ꝯuentib⁹ obue/
niunt p guardianum ꝓuideat moderate:iuxta
elemosynaꝝ ꝛ obuētionū hmōi ꝗtitatē fribus
in cōi ne frēs ipsi pp defectum cōis ꝛ sufficien/
tis victus seorsuꝫ comedere ꝛ particulariter ac
inordinate vite necīa sibi pcurare cogant. Di/
cti aūt guardiani diligēter caueant ne sine ma/
nifesta ꝛ rationabili causa dent fratribus extra
cōmunitatem licentiam comedendi.

¶ De qualitate habitus ꝛ vestium. Cap.v.

q Ane cum felicis recordatio/nis Jo.papa.xxij.
pdecessor noster itendēs qdam dubia
circa vilitatem formā ꝛ qualitatē vestiuꝫ ꝛ ha/
bituum frm̄ exorta plenius declarare:ac teme/
ritatem ꝛ psumptionem quorūdaꝫ frm̄:q pre/
latis suis inobedientes in his existebāt:ꝛ habi
tus singulares ꝛ deformes cōtra cōem ordina/
tionem ꝛ obsuātiaꝫ ordis ꝛ platoꝝ suoꝝ iudi/
cium non verebant assumere ꝛ deferre prouide
corrigere ꝛ cassare iter alia in qdam sua ꝯstitu/
tiōe que icipit. Quorūdā exigit. Adiecit clau/
sulam que sequit in hec verba. Nosq; prefatoꝝ
mistroꝝ:custodū ꝛ guardianoꝝ iudicio:psen/
tium auctoritate cōmittimus determinare.vꝫ.
arbitrari atq; precipere cuius longitudinis:
latitudinis grossiciei ꝛ subtilitatis cuiusue for/
me siue figure atq; similiū accidētiū esse debe:
ant tā habit⁹ ꝗ̄ ēt ipsoꝝ caputia ac interiores
tunice:qbus frēs dicti minoꝝ ordinis induun
tur:ac insup cuius quātecq; vilitatis indui eos
ipsis vestimētis oporteat:ꝛ an in vestimentis
hmōi fm regulā ꝛ declarationes predecessoꝝ
nostroꝝ ꝛ ordinis ꝯstitutiones reluceat asperi
tas vilitas ꝛ paupertas:vtrumue ꝗtū ad colo
rē preciū vilitatē paūptatē quoq; ac cetera acci
dētia supradicta frēs vestimētis induant vt de
bent. Sup qbus eoꝝ mistroꝝ custodū ꝛ guar/
dianoꝝ ꝯscientias oneramus districte pcipien
do mādātes quatenus in pdictis ꝛ similibus
eoꝝ arbitriū ꝛ determinationē seu iudiciū gñā
lie qdē in totius. Prouincialis vo in ꝓuincia
rū mistroꝝ custodū ꝛ guardianoꝝ ad mistra/
tionib⁹:custodijs ꝛ guardiātib⁹ seu cōuentib⁹
ordinis memorati cōmissis eisdē frēs oēs ꝛ sin
guli seq omno eisq; parere p oīa teneant:ac insu
p ꝑ illoꝝ sequēdo determinationē seu iudiciū
illisq; parēdo:nec sint nec dici possint:nec de/
beant:nec eo ipso seipsos autument sue regule
vel ꝯstitutionū sui ordinis trāsgressores. Uerꝫ
ꝙ nōdū vt audiuimus cessat temeritas seu ꝓ/
sumptio aliquoꝝ frm̄ eiusdē ordinis habit⁹ ꝛ
vestes singulares ac deformes portātiū vt pser
tur:volētes eosdē p pene adiectionē a temeri/
tate ꝛ psumptione hmōi ad cōmuneꝫ ordinis
obseruātiā reuocare pñtiuꝫ auctoritate statui/
mus:ꝙ si qui eiusdē ordinis pfessores:ꝯtra ar/
bitriū determinationē seu iudiciū:mistroꝝ cu/
stodū seu guardianoꝝ in ordine ipso pdictiū:
habit⁹ aūt ipsoꝝ habitū caputia seu vestes de/
formes ꝛ vestib⁹ alioꝝ frm̄ cōitatē ordinis te/
nentiū dissimiles ꝛ deformes portare aut ꝙ fra
tres ordinis talib⁹ vti deformitatib⁹ teneantur
ptinaciter asserere psumpserint nisi infra qnde
cim dieꝝ spatiū postꝗ hec nr̄a pñs ordinatio
ad eos peruenerit a talibus insolentijs inobedi:ē
tes destiterint ipso facto sententiaꝫ excōicatio/
nis incurrant:a qua per gñalem seu prouincia
les in suis prouincijs ministros dūtaxat satisfa
ctione premissa possint absolui. Ut autē sit ma
ior vestiuꝫ vniformitas inter fratres ꝛ charitas
reluceat amplius inter eos. Ordinamus ꝙ pē
nus cōmunis fm regulam ꝛ declaratiōes pre/

decessorum nrorum ordini z si atribus conue/
niens per illos ad quos ptinuerit pcuref tem
pore cōpetenti de quo cōmuni panno mistri z
custodes guardiani:lectores pfessores:predica
tores:pcuratores:z ceteri frēs oēs:sine distin/
ctione aliqua aut spālitate tam iterius ꝙ exte/
rius iduantur. Si qs aūt frater supfluas vestes
habuerit teneatur eas exhibere mistro custodi
vel guardiano qui eas in tali loco reponere te/
neanf vt de ipsis necessitates supuenientium
frm̄ vel alioꝝ indigētium subleuenf. Si vō di/
cti frēs neglexerint seu ɔtēpserint vestes hmōi
exhibere custodes vł guardiani pdicti tenean
tur licite eis auferre. Si autez pānus alicui fri
detur vel p eo emaf non psumat dict⁹ frater ex
ipso pāno sibi vestes seu habitū facere fieri nisi
prius dictum pānum suo superiori ostēderit z
obtinuerit super hoc licētiam ab eodem.

¶ De modo licentiandi fratres. Cap. vj.

v T autem in frib⁹ dicti ordis debita grauitas z maturitas vigeat z discursus inutiles
arceanf:puidam⁹salubriter ordinādu3:ꝙ nul/
lus frater extra locū mittaf vel ad eundū licē/
tief nisi maturus morib⁹ vel cu3 maturo socio
z honesto:nec detur alicui socius ab ipso peti/
tus:s3 socius de quo videbif expedire pſidēti:
nec extra ciuitatem villā castrum vel oppidu3
in quo frēs moranf ad alia loca frm̄ ituri licen
tienf sine lrīs testimonialib⁹ obiam vel licētia3
continētibus in qb⁹ ꝭm locoꝝ distātiam psona
rum ac negocij qualitatem cert⁹ redeundi ter/
minus a ɔcedente licētia3 vel dante obiam p/
figatur:nec alicui hmōi licentia ɔcedaf sine cā
iusta z rōnabili ꝙ ij qui dant licentiam exti/
ment esse veram. Quū aūt alicui dabif licētia
ingrediendi ciuitatem villā castrū vel oppidū
vbi frēs moranf his q licētiabit eu3 ingrat de
loco vel locis de psona seu psonis in qb⁹ vel cū
qbus frater licētiandus hēbit aliqd expedire
z prefigat sibi certam horā ifra ꝙ redire ad lo/
cum de quo egredif teneaf. Frater vō hmōi li
cētia3 accipiēs caueat ne ad alia loca declinet:
nec cū psonis alijs tractet:nec vltra pfixa3 sibi
horā redeundi ɔtrahat mora3 nisi supueniens
necītatis articulus eū cogeret alr se hre:quem
ipse z socius ei⁹ in eoꝝ regressu:suo supiori ex/
ponere teneanf. Prouinciales vō mistri in quo/
rum puincijs z custodes in quoꝝ custodijs ac
guardiani in quoꝝ ɔuentib⁹ discursus inutiles
fuerit frequētari puniant discurrētes ꝭm hmōi
discursuū ɔ̄ritatē z etiam qualitatē. Et si dicti
mistri hmōi discursus inutiles in suis puincijs
pmiserint frequētari p visitatores illud denū/
cietur gnāli cap. vel gnāli mistro vt pdicti mi/
nistri p pfatum cap. vel mistrum. prefati vō cu/
stodes z guar. per puinciales mistros de hmōi
negligētia debite corriganf. Porro quū in re/
gula dicti ordi. ɔtineaf ꝙ frēs nō debeant egra
re nisi manifesta necītate vel ifirmitate cogan/
tur. Ordinamus ꝙ priusꝙ aliqs frater de loco
aliquo dicti ordis pfecturus exeat de pdictis
necessitate vel ifirmitate: Mister vel custos si
fuerit ibidez psentes:vel in eoꝝ absentia de di/
scretoꝝ ɔsilio guardiani vel eoꝝ vicarij debeāt
arbitrari. Si vō alicui frm̄ extra loca dicti or/
dinis in itinere vel alibi ɔstituto necessitas vel
infirmitas hmōi aduenerit:ita ꝙ pdictorum
mistri vel custodis guardiani aut vicarij psen/
tia cōmode nō possit hiri:tūc frater quē egrare
ɔtigerit debeat statim quū venerit ad psentia3
alicui⁹ pdictoꝝ superioꝝ suoꝝ:cām pp ꝙ eg/
tauerit explicare q cum cōsilio discretoꝝ cām
hmōi examinare habeat:z si ea3 approbauerit
frater ille sit imunis a pena:alioqn tam is qui
sine pdicto sui plati arbitrio psumpserit egra/
re ꝙ etiam ille cuius in casu primo cām non
indicauerit esse iustā pro die qualibet qua hu/
iusmodi rei transgressor extiterit vna die in pa
ne z aqua dbeat ieiunare ꝙ pnia3 ifra. xv. dies
imediate sequētes debeat inchoare:ad ꝙ etia3
pagendam p suos supiores cogaf. Qd si mistri
vel alij supiores pdicti:in hoc tēpti fuerint cul
pabiles:p visitatores acrius punianf. Et si hu/
iusmodi vitium egrādi in aliq̄ ɔuicia cōe fue/
rit:aut cōmuniter vsitatū:p eosdez visitatores
denūcietur capitulo generali:in quo prouidea
tur super hoc de remedio oportuno.

¶ De muneribus non dandis. Cap. vij.

c Eterum ordinamus volum⁹ z mādamus:ꝙ frēs dicti ordis munera seu donaria:mistr3
seu alijs supiorib⁹ suis:aut eoꝝ socijs:seu famu/
liarib⁹ p se vel p aliū nō audeant impriri. Ipsi
quoq3 mistri seu supiores alij eorūq3 socij aut fa
miliares ea p se vel p aliū recipe nō psumant:p

tam

tā mistri: z supioꝛes pfati: ꝙ frēs alij dicti oꝛdis caueāt: ne psonis ex̄ suū oꝛdinē hmōi munera seu donaria: dare seu offerre p: sue attētent: nisi put eis in pmissis casib⁹ z eoꝝ quolꝫ est pmissum p pstōnes oꝛdis vel puilegia sedis aplice: ītra vel ex̄ oꝛdinē aliqd elargiri. Si qs autem ptra hmōi oꝛdinationē dare vel recipe quicꝙ psūpserit donatoꝛ pꝛo qualꝫ vice p tres dies in pane z aq̄ ieiunet infra octo dies imediate sequētes. Recipiens vo totū qꝫ recepit i vtilitatē seu licitos vsus frm̄ pūēt⁹ seu loci dicti oꝛdis in quo recepit: seu magis vicini: si ex̄ pūētū vel locū hmōi recepit: ifra sex dies post receptionē p dictā: puertere vel puerti facē pcuret: ac nihilomin⁹ puersionē hmōi z cām ipsi⁹ duob⁹ frib⁹ discretis: ipsi⁹ puent⁹ seu loci expmere teneat. Qd si eum postea (qꝫ absit) receptionēꝫ iterare ptingat debeat pter puersionē pfataꝫ pꝛo quali bet vice semel i pane z aqua ieiunare īfra octo dies a receptione hmōi computandos.

De famulis. Cap. viij.

Nullusqꝫ frater famulū teneat: nisi cui ex offō cōpetierit: nisi p nr̄a vel ipsius oꝛdis īstituta. Possint tñ gñalis mister vel puinciales cū magrīs in theologia dci oꝛdis qꝫ famulū tenē valeant dispēsare si eis l3 visuꝫ fuerit expedire.

De studyo. Cap. ix.

Ad pmouēdū insup sacre theologie doctrinā i oꝛdie memoꝛato. Statuim⁹ qꝫ frēs q oꝛdinabunt ad legēdū snias Parisi⁹. Un⁹ assumat ono āno de puicia Frācie p ipsi⁹ puicie puiciale capl̄m eligēdus. Duo āt duob⁹ ānis sequētib⁹ d alijs partib⁹ oꝛdis. Un⁹. vꝫ. de cismōtanis ali⁹ de vltramōtanis partib⁹: p gñale capl̄m eligēdus. Qui aūt oꝛdiabunt ad legēdū snias Oxonie duo assumant duob⁹ ānis de puicia Anglie: p ipsius puicie puiciale capl̄m eligēdi. Et terti⁹ āno tertio d alys ptib⁹ oꝛdis p gñale capl̄m: tā de cismōtanis qꝫ de vltramōtanis vicissiꝫ ptib⁹ eligēdus. Sitr̄ quoqꝫ mō eoꝝ q oꝛdinabunt ad legēdū snias i studio cathabꝛigie: duo assumant duob⁹ ānis de puincia Anglie: p ipsi⁹ puicie puiciale capl̄m eligendi. Et terti⁹ āno tertio de alys ptib⁹ oꝛdis per gñale capl̄m: tā de cismōtanis qꝫ de vltramōtanis partib⁹ vicissim eligendus. Quoꝝ olum z singuloꝝ z electoꝛes z psone electe: si psentes fuerint: psentent gñali mistro: q si nihil habuerit ptra eos mittat ipsos cū suis obedientialib⁹ lrīs: ad studia memoꝛata: ceteris tpib⁹ iniūcta eis lectionū: z alioꝝ actuū scolasticoꝝ opa fm datā ipsis a deo grām impleturos. Si vo ptra aliqꝫ pdictoꝝ idem mister aliqd graue habuerit: ex quo eius iudicio sit merito ab hmōi offō repellēdus: audito qdē eo si psens fuerit in eodē capl̄o gñali: coꝛaꝫ qnqꝫ de mistris z quinqꝫ alijs de diffinitoꝛib⁹: q tūc erūt in eodeꝫ capl̄o gñali: z rōnis ac defensiōib⁹ eius pscriptis vel si absens extiterit vocato eo p ipm gñaleꝫ mistrū ac defensionib⁹ suis si quas habuerit sufficiēter auditis coꝛā decē bonis sinceris z discretis fratrib⁹ dicti oꝛdis: q vitā z actus eiusdē electi cognoscāt. Et si in casu pmisso in quo electus est psentat⁹ in dicto. c. Pns erit pdictoꝝ mistroꝝ z diffinitoꝝ seu maioꝛis ptis nūero eoꝛūdē. Si vo absens erit pfatoꝝ decē discretoꝝ se maioꝛis partis nūero eoꝝ iudicio repellēdus fuerit repellat. Quoꝝ dicta remaneāt penes ipm gñalē mistrū: de manib⁹ ipsoꝝ ad phiuꝫ vocatoꝝ cōscripta. Ex qb⁹ de eius repulsiōe ipse gñalis minister si necesse fuerit possit reddere rōneꝫ. Si tñ dicti mistri ac diffinitoꝛes in pmo casu: seu in scdo pfati discreti decē seu maioꝛ pars in numero eoꝛūdem ipm repellēdū nō iudicauerint minime repellat. Sed ad exequēdū hmōi offm: vt pdicit̄ obtinet. In casu vo i quo aliqs de electis moꝛtuus vel repulsus fuerit: seu aliter fuerit ipeditus: z alterius loco eius electio facienda per generale capl̄m in casu in quoa d ipsuꝫ: vel per pꝛouinciale capitulū: vbi fm pꝛemissa ad ipsum electio afs ptineret cōmode expectare non posset: generalis minister deliberatione prius habita diligenti: cum decem fribus dicti oꝛdis: pꝛobis: pꝛouidis: z discretis: super idoneitate personarum dicti oꝛdis: notitiaꝫ de ipsis personis habentibus quales sint: si cōmode haberi possint de regiōe illa de qua fuerat moꝛtuus: vel repulsus seu grauiter impeditus: de consilio dictoꝝ decem fratrum seu vbi omnes non cōcoꝛdarent: de cōsilio maioꝛis partis numero eoꝛūdem pꝛouideat de alio idoneo illius regiōis seu partis oꝛdis de qua erat moꝛtuus: siue repulsus: vel etiam ipeditus: vt vnicuiqꝫ regioni: seu parti oꝛdis: honoꝛ z vtilitas obser/

uetur. Si tñ hoc casu: mora: seu dilatio nimia dãnum vel periculum afferent: ita q generalis mister cito prouidere nõ posset: tunc alius frater q ad legẽdum imediate post aliuz sniãs extiterat assignat⁹: legat sniãs loco et tpe mortui: repulsi: vel ipediti: q̃uis de alia regione seu parte ordis existat. Subsequẽti tñ ãno legat frater alius de illa ordinis pte seu ragiõe de qua erat prefatus mortuus: repulsus vel ipeditus: mõ premisso si cõmode fieri possit p electionẽ gñalis capli: in casu quo ad ipsum vel prouincialis in suo casu: vt p̃mittit assumẽdus: et gñali ministro p̃sentandus: et p eum approbandus: q si electio hmõi tempore congruo: fieri vel expectari nõ possit: prouideat gñalis minister premissa deliberatiõe predicta: et de ꝯsilio p̃dictoꝝ discretoꝝ de aliquo idoneo regiõis de qua erat vt p̃mittitur eligendus: p subsequẽti ãno predicto. Quod si ꝯtingat p sedẽ aplicam in posterũ ordinari: q in alijs locis seu studijs fiãt seu fieri valeant sacre theologie Magistri vel Bachalarij: illi q de dicto ordine deputabunt ad legẽdas sentẽtias in eis: eligantur pro vt supra de Parisiẽsi studio est ordinatũ et vt de alijs est permissum: p̃sententur generali ministro: et in eis obseruẽtur que in alijs sunt premissa. Nullus quoq̃ frater dicti ordinis ad legendum in prenominatis studijs. s. Parisius: Oxonie: et Cãtabrigie sententias assumatur: nisi prius legerit quattuor libros sentẽtiaꝝ cuz scriptis approbatissimorum doctoꝝ. In alijs studijs que in eodẽ ordine dicuntur generalia: vel in conuentibus infrascriptis videlicet. Rotomagẽsi. Remensi: Metẽsi: Burgensi: Locdonẽsi: Boracensi: Marconicẽsi: Noruicẽsi: Nouicastri: Stãfordiẽsi: Conuaterensi: Exoniẽsi: Burdegaliensi: Narbonẽsi: Marsiliẽsi: Comẽtariẽsi: Astensi: Burdigonensi: Pragedinensi: Pisanensi: Fordiẽsi: Ariminẽsi: Tudertiniẽsi: Clardiẽsi. Nullus autem Bachalarius in aliquo trium prenominatoꝝ studioꝝ principalium seu illorum in q̃bus vt premissum est cõtigerit in posteꝝ per sedẽ apostolicam ordinari: q fiant in eis in theologia magistri icipiat vt recipiat magisteriũ magister anteq̃ textũ Biblie cum glosis ordinarijs studuerit. In quolibz aũt doctoꝝ triũ vel proxime dictoꝝ studioꝝ ille prior ad magisteriũ p̃sentetur: qui prior in eisdẽ studijs fuerit in lectura sententiaꝝ: ko semp saluo q anteq̃ presentet sup ipsius vita et sufficientia collatio habeatur p ministrum prouincialẽ vel guardianũ cũ alijs fratribus qui solent ad illi⁹ loci in quo assumẽdus erit ad magisteriũ ꝯsilia euocari. Et si inuentus fuerit insufficiẽs vel indignus nequaq̃ p̃sentetur. Sed generali ministro casus instructus: cũ dictis eoꝝ qui fuerint in ꝯsilio nuncietur. Qui cũ duodecim discretis fribus matura deliberatione p̃habita de ꝯsilio eorũdem mãdet dicto Ministro vel guardiano q Bachalariũ: qui post predictũ imediate debebat ad magisteriũ promoueri: si sit idoneus: alioquin illũ de quo ipse gñalis: p̃dicta deliberatione p̃missa de ꝯsilio predictoꝝ duodecim prefatis ministro ꝓuinciali vel guardiano mãdauerit in tali casu debeat ad magisterium p̃sentare. Cũ aũt hmõi frẽs assumpti fuerint ad magisteriũ: et in vniuersitate sua pfecerint cursum suũ fiant lectores alibi in locis solẽnibus: vt in lectura valeãt vtiliter occupari.

¶ Alijs aũt ꝯuentibus habẽtibus ea studia q̃ in ordine gñalia nuncupãtur gñalis minister in. c. generali prouideat de idoneis lectorib⁹ et Bachalarijs de ꝯsilio ministroꝝ et magistroꝝ q erunt in loco dicti capli. Ubi aũt ex incidẽti causa baberet alicui vel aliquibus studijs: extra gñale capitulũ prouidere: prouideat de ꝯsilio. lo. discretoꝝ frm: de idoneitate et sufficiẽtia psonaꝝ notitiam habentiũ: et nihilominus de ꝯsilio ministri ꝓuincialis: ac custodis de cuius prouincia vel custodia erit fr ad p̃dicta assumẽdus: si cõmode eorum presentia possit haberi gñali et prouincialibus ministris ac custodib⁹ guardianis et diffinitorib⁹ magistris et discretis ac lectoribus p̃dictis et alijs quibuscũq̃ ad quos hoc pertinuerit in virtute sancte obediẽtie districte precipimus: ne in eligendis vel assumendis seu mittẽdis aut deputãdis seu promouendis in Parisiensi: Oxonensi: Catabrigẽsi: siue in alijs studijs supradictis magistris: lectorib⁹: seu Bachalarijs: vel scolaribus: aut in prouisionibus eisdẽ studijs faciẽdis: de ipsis vel aliquo seu aliqbus p̃dictoꝝ minus sufficiẽtes p̃ponãt scienter magis sufficientib⁹ odioꝝ gra: seu fauore. Predicti vero magistri lectores et Bachalarij: legẽtes theologiã: dictis phorũ nõ multũ insistãt: sed que theologice pñt tractari

ctari: ptractent theologice: et dictis cōmunib° antiquoꝝ et approbatoꝝ doctoꝝ: prout ꝫ deū et veritatē poterūt se ꝯformare. Magistri et lectores et alij legentes: textū Biblie debeant insistere circa dubia q̄ fiunt iuxta ipsam: et circa dicta sanctoꝝ catholicoꝝ patrū: ac glosaꝝ ordinariarum biblie memoratē. Circa frēs siquidem tam ad Parisiēse q̄ȝ ad alia studia generalia ordinis trāsmittendos prouide duximus statuēdum ꝙ illi q ad hmōi studia extra suas puincias: de debito trāsmittuntur p sua prouincialia capitula eligantur: lectores aūt meliores et magis ad hoc idoneos eligere in v̄tute sancte obedientie teneant. Alij vero qui ad hmōi studia de gratia sunt mittendi nō mittant: sine generalis ministri licētia speciali: et sine sui ministri et puincialis capl̄i approbatione p̄cedenti. Missi vero siue de gratia siue de debito si fuerint minus idonei ad scientiā capescēdam: vel male ꝯuersent ibidē: seu pacis et ꝯuentuū: seu studentiū fuerint turbatores p ministrum vel guardianū in eius absētia de ꝯsilio discretoꝝ loci in quo studuerint ad eoꝝ prouincias trāsmittant. Numerus aūt studentiū de gratia recipiendoꝝ in singulis ꝯuentibus studia generalia habentibus taxetur in c. generali fm statum et ꝯditionē ꝯuentuum eorūdē vltra quē numeꝝ nullū recipere teneantur. Ad p̄dictuꝫ aūt parisiense studiū de singulis prouincijs nō possint simul mitti vel in eo recipi nisi duo studentes de grā: nec isti: nec alij de debito mittēdi possint pro lectoribus reuocari: nisi studuerint p duos ānos ibidē. Cū aūt studentes in gñalibus studijs constituti ad suas redibūt prouincias: litteras testimoniales guardiani et lectoris loci in quo studuerit: de sua ꝯuersatiōe et pfectu aut dfectu in studio secū portēt quas suis ministris ostēdere teneant. Et vt pficiēdi occasio studētib° pbeat p̄dicti guardiani et lectores nō derit hmōi studētib° testimoniales lrās nisi sic frēs de ꝯsilio loci in quo studuerint vel maior ps numero eoꝝ ꝯsuluerit eis dari. Ipsis q̄o guardianis et lectorib° et alijs frib° de ꝯsilio in v̄tute sancte obediētie iniungim° vt pbeāt fidele testimoniū v̄itati de hmōi studētiū ꝯuersatiōe, pfectu: et defectu et de assiduis vel nō assiduis scolaꝝ et actuū scolasticoꝝ exercitio seu sequela. Ministri aūt eoꝝ ipsis lectores nō instituant nisi laudabile testimoniuꝫ p modū p̄scriptum recipiant de eisdē. Ne autē noua doctrina cuiusuis aut opa per frēs ipsius ordis incaute vel piculose cōmunicari aut publicari cōtingat. Districte p̄cipimus: ꝙ nouū opus theologicum: iuridicum: vel phicum. s. librum seu libellum: sūmā: cōpendium: postillā: expōnes: glosas: tractatū: vel collationes: seu cōpillationem q̄onum vel sermonū a quocūq; fuerit editus vel edita seu editū: nullus frater sine subscripto examine ac ministri et capl̄i gñalis prius obtēta licētia spāli: intra vel extra ordinem publicare: cōmunicare vel copiare p̄sumat. Si q̄s aūt hoc attentare presumpserit ofbus scolasticis et actibus legitimis: ac vsu libroꝝ se nouerit ipso facto esse puatum. Predicti aūt opis examen fiat p quattuor frēs eiusdem ordis in theologica facultate magistros ad hoc per gñale caplm spāľr deputatos. Qui ad diligēter inspiciēduꝫ et examinādum noua hmōi opa examini eoꝝ cōmissa: et ad fideľr referēdum p obiam astringant: q completo examine per se vel p lrās generali mi̇̄stro et gñali caplo referre teneāt: que approbatione vl reprobatione digna reperint. Quorum relatio et approbatio vel improbatio in libris ordinis registrentur.

De expensis studentium cuitādis. Cap. x.

Ordinamus etiaꝫ ꝙ p p̄ncipijs magistroꝝ dicti ordis in theologia vel Bachalarioꝝ sñias incoantium seu occasione p̄ncipioꝝ nō expendant in cibis vel potibus nisi semel dūtaxat q̄ȝtum sufficit ēt pro vna moderata refectione ꝯuētus loci in quo fient hmōi p̄ncipia. Ceteri vero Bachalarij: lectores: aut cursus in Biblia faciētes: seu quis alij studentes tam Parisius q̄ȝ in alijs pticularibus studijs: p nullo p̄ncipio vel actu scolastico suo vl̄ alieno qcq̄ȝ expendāt. Porro q: nōnulli dicti ordis habitū eiusdē religionis gestātes: sꝫ a puritate ac cāitate ipsius recedētes pcurāte satore maloꝝ sub simulata quadaꝫ scītatis specie: damnatas p sacrosanctā Ro. ecclesiaꝫ hereses: dogmatizare: predicare: defendere: et approbare presumūt: suaq; doctrina et p̄dicatione sacrilega et puersa: corda simpliciuꝫ dānabilr corrūpere et depauare conant. Districte p̄cipimus: vt ꝯtra tales et quoslibet alios del ordis frēs: q

talia verbo vel scripto psumpserint: sic ptra hereticos debite pcedat: et ptra fautores: defensores et receptores eorum pcedi debeat iuxta canonicas sanctiones. Illos et q aust fuerint doctrinam: pponem: vel opionem p dictam ecclesiam reprobatam: docere: pdicare: defendere vel approbare: aut p eadem ecclesiam approbatam reprobare aliad uersione canonica decernimus puniendos. Districtius et inhibemus: ne qs fr dci ordis opionem de fide vel de morib⁹ suspectam: aut p magistros sacre theologie coiter reprobatam: dogmatizare: pdicare: defendere: vel approbare presumat. Quibuscumq3 frib⁹ dci ordis: q aliquem eiusdem ordis sciverint vel audierit talia facientes: in vtute scte obie iniungimus: vt qcito comode poterut supiori ipsius debeat nuciare: q an oia eis districte pcipiat ne talia vlterius recitet vel attetet: donec sup his plena veritas sit discussa. Pro cui⁹ discussione idem supior ad aliquos de viciniorib⁹ theologie studiis lectores festine recurrat et sup his veritate coperta: fratri talia dogmatizanti: pdicanti: defendenti: seu approbanti: aut qbuscumq3 aliis frib⁹ ei faventib⁹: vel eum defendetib⁹: put culpam eorum qualitas seu presumptio temeritatis exegerit de psilio discretorum loci pfati studij: debitam penam iponat: et ad reuocandum cum effectu pdictam opionem erroneam ipos moneat et inducat: q si partinaciter parere contempserint nec a talibus forte desistere voluerit: eos de pdictorum psilio carceri mancipet: et detineri faciat macipatos: donec efficaciter parue rint et destiterint a predictis et nihilominus pdictus supior de pmissis oibus: plenam et fidelem relatione faciat in pmo sequenti. c. Generali: in quo quidem qd sup eos faciedum fuerit plenius ordinet. Districte et inhibemus: ne postq super negocio fidei qstio seu dubitatio aliqua sup q fuerint opiniones aduerse: vel diuerse: deducta fuerit ad aplice sedis examen qcq ex tuc alteram partem determinate eligere vel approbare psumat: sed sup ea sedis: eiusdem iudicium seu declaratio expectetur. Preterea ordinamus q magistris: lectoribus: bachalariis: in studiis generalib⁹ legentibus p pventus locorum vbi legunt de vite necessariis debeat prouideri: alias autem expensas siue pro itinere siue pro librorum vectura pvetus de quo mittentur habeat pcurare: moderatas tn et puas a ministro gnali, vel prouinciali taxatas. Si aut pventus no sufficiat ad expensas hmoi ministrandas faciat eis dictus generalis vel puincialis puideri p comunitatem custodie vel puincie de qbus assumunt de pdictis expensis. Qn aut remitteretur prouideat eis pvetus a qbus recedut. Et si pvent⁹ hmoi no poterut puidere faciat eis puideri dictus gnalis vel puicialis p custodias vel puicias eius erut pro vt supra in casu alio est prouisum.

¶ De libris legatis ordini vel psone. Cap. xj.

Cursus ordinamus q de libris donatis vel legatis cuiuis coitati seu psone ordinis: de qbus donantes prouide disposuerint fiat id dutaxat q dispositum vel ordinatum fuerit p eosdem. Libri vero frm decedetium: quos ipsi fratres dum viuerent: a coitate prouincie: custodie: vel pvetus habuerant: libere ad illam coitatem a qua eos habuerant reuertant. ¶ Illi vo libri q fratribus aliter q supradictum est obuenerint vel obuenient seu de qb⁹ p donatem seu legatem expresse no fuerit ordinatum ipsis frib⁹ decedetibus ad eorum pvetus libere reuertatur. Nec libri ad couentum aliquem pertinentes distribuatur vel alienetur: sed de ipsis muniatur plene pvetus: ita q de Gramatica: Dialetica: Phia et Theologia habeatur in ipso pvetu libri duplicati: vel amplius multiplicati: sm magnitudinem: numerositatem: pditionem et statum cuiuslibet pventus. ¶ Postq vo pvet⁹ fuerit libris pmissis hoc mo munit⁹ de aliis fiat distributio. Primo fratribus eiusdem pvetus habilibus et indigetib⁹: deinde si facta distributione hmoi supfuerint libri vel si in ipso pvetu fres no fuerint habiles vel indigetes distribuantur aliis frib⁹ de eadem custodia tm cui⁹ est dict⁹ pvetus. Distributiones aut hmoi fiant p guardianum de psensu pvetus de lnia mistri. Decetib⁹ aut ipsis frib⁹ libri q eis fuerat distributi ad ipm pventum a quo habiti fuerat libere vt pmittit: reuertat mo psili aliis distribuedis de nouo: puiso tn q meliores seu vtiliores libri semp remaneat in pvetu p munitione pdicta. Libri vo ad coitatem custodie ptinentes: distribuant in puinciali caplo frib⁹ eiusdem custodie tm: p mistrum et diffinitores iuxta dispones custodis et frm discretorum seu vocalium: vt eorum vbis vtamur ipsius custodie. Libri aut ad coitatem puincie ptinetes distribuant in puinciali

prouinciali capl'o p mistrum de ꝯsilio p assensu diffinitoꝝ ⁊ custodū. ¶ Insup ordinam⁹ ꝙ libri cōitatis puincie nō possint extra puinciaꝫ: nec libri custodie extra custodiā cui⁹erūt distributi: quoqꝫ distributiones pdicte: ⁊ psone qb⁹ fiēt registrari debeāt p illos p quos hacten⁹ ꝯsuetū est in ordine fieri. Et registra hmōi fidelr custodiri: nec p illos qb⁹ libri pdicti fuerint distributi dei libri possint distrahi cōmutari vel vendi seu qūolibꝫ alienari: nisi aut p melio:ib⁹ vel vtilio:ib⁹ libris: ⁊ tūc de ꝯsensu ⁊ lnia mistri: ⁊ illoꝝ p quos fuerūt distributi. Qd si ꝯtra presumpserint puniant pena q̄ pro grauio:ib⁹ culpis in ordine ꝯsueuit iponi. Ut aūt libri in ipo ordie meli⁹ valeāt ꝯseruari. Ordinam⁹ ꝙ guardiani in sua nouitate ifra vnum mēsem postꝗ offm guardianatus assumpserint: ⁊ in ꝯuentu suo fuerit teneanẜ in pñtia ꝯuētus sui facere fieri iuentariuꝫ de oībus libris q in ipso ꝯuētu tūc fuerit eisdē libris dicto ꝯuētu realr demrātis. Ipsi ēt guardiani libros q tpe admistrationis sue ꝯuētui obueniēt in pñtia ipsius ꝯuētus cuꝫ iuentario recipiāt: ⁊ hmōi iuētaria renouenẜ annis singulis: ⁊ leganẜ in pñtia ꝯuētus librīs ipsis ēt tūc vt pmittiẜ realr demrātis. Leganẜ ēt tūc ibidē lre seu registrū: ⁊ tunc nihilominus in dicto iuentario ꝯscribanẜ sup libroꝝ distributiōib⁹ supradictis ꝯfecta. Ordinamus ꝙ libri frm decedētiuꝫ in loco romane curie: p pcuratorē ordis remittāẜ cōitati puincie: custodie seu ꝯuentus ad quā seu quē fm pmissaꝫ nr̄am ordiationē dn̄t remitti. Uestes vo cōmunitati curie dicti loci applicēẜ. Si vo pecunia fuerit p nec̄itatib⁹ hmōi frm in loco romane curie decedētiū: apud aliquē in dicto loco reposita valorē q̄ttuor florenoꝝ excedēs: ⁊ dn̄e pecunie nō reuocauerit: ad aliquē spūalez amicū ꝯuēt⁹eorūdē frm decedētiū remittaẜ: ꝙ si pecunia dictā sūmā pecunie nō excesserit p pcuratoris officio expēdaẜ. De reb⁹ aūt alijs parui valoris: si q̄ fuerit pdict⁹ pcurato: ⁊ guardian⁹ dicti loci romane curie: disponāt put eis fm deū videbiẜ expedire. De oīb⁹ aūt alijs inuētis tā retētis ꝗ remissis dict⁹ pcurator ordinis: cū guardiāo ⁊ discretis loci dicte curie: inuētariū faciāt ⁊ ipsum ad ꝯuentum fratris defuncti q̄cititus poterunt destinare procurent.

¶ De donis ⁊ legatis factis fribus. Cap.xij.

Quilibet etiā frater dicti ordinis cui aliqd fine determinato vsu legari: donari vel p quo deponi continget: postꝗ huiusmodi legatum donatum seu depositum ad eius notitiā peruenerit custodi aut guardiano suo vel eius vicario q̄cito cōmode poterit dbeat fideliter reuelarẜ. Hoc idē faceẜ dbeat qcūqꝫ fr̄ alius habens notitiā pdictoꝝ. Guardianus aūt si frater cui donatū seu legatū vel pro quo depositū fuerit sit habilis ad sciētiā capescēdā prouideat ei seu puidere procuret fm legati vel donati vel depositi quātitatē: ⁊ fm fratris ipsius idoneitatē de libris ad ei⁹ studiū opoztunis. Si aūt hmōi fr̄ libris nō idiget aut vbi libris idigeret puiso de libris sufficienter eidē aliquid de legato vel donato seu deposito hmōi supesset guardian⁹ eius hmōi legatū: donatuꝫ seu depositum: vel id qd facta puisiōe hmōi supererit in cōes sui ꝯuētus necessitates: conuerti seu dispensari pcuret: ⁊ necessitatib⁹ ei⁹ cuius cōtemplatione oblatum: datum seu oblatū fuerit fauorabiliter studeat subuenire. Pro hmōi tn̄ vel p quauis alia supra vlẜ infrascripta ꝯstitutiōe felicis recordatiōis Bonifacij pape.viij.pdecessoris nr̄i q̄ incipit. Sup cathedrā: in nullo intēdim⁹ derogare. ¶ Inhibem⁹ insup ne frēs dicti ordinis equaturas eoꝝ vsui aplicaras: vltra vsuꝫ expletum: aut lectisternia eoꝝ ordini non cōgruentia: seu alia excessiua: aut argēteavel aurea vasa seu alia iocalia pciosa teneāt. Sꝫ si eis talia donari legari vel aliter obuēire ꝯtigat: vel iā forsan donata seu legata sūt: vlẜ aliter obuēta eisdē in libros vel in res alias qbus fratres ipsi pn̄t vti licite: put de alijs supradictū est ꝯuertantur: nisi fuerit reposita seu cōmodata vel p dn̄ꝫ reuocata. Qd si supiorib⁹ suis infra tres mēses postꝗ hmōi nostra ordinatio in puinciali eorum.c.fuerit publicata predicta non reuelauerint vt premittitur ꝯuertēda ⁊ ex tunc ea retinere pſumpserint pena pprietarij puniantur.

¶ De elemosynaruꝫ memoria ⁊ de suffragijs faciendis. Cap.xiij.

Ordinamus etiā ꝙ i quolibet cōuētus seu loco dicti ordis fit deinceps vnus liber in quo scribanẜ fidelr noia ⁊ cognomina bn̄factoꝝ: ⁊ beneficia seu elemosyne fribus pro

vidis seu defunctis impensa. Et taliuz benefa/ctorum noia z cognomina z bñficia: seu elemosyne eoꝝ ifra ebdomodam in qua facta fuerint in capl'o fribus recitenť z suffragia ibidē fiant pro bñfactoꝛib⁹ ipsis z oꝛones: z misse: pro ipsis bñfactoꝛibus: fribus imponanť ibidem ɓm ꝙ guardiano vel eius vicario videbit faciendū: noia ēt z cognomina illoꝝ qui loca dictoꝝ fratrum in toto vel in parte fundauerint: aut fribus edificia ꝯstruxerint: seu ꝯstrui fecerint: vel eis notabilia donaria fuerint elargiti: ipsa quoq bñficia eorūdem: āno quolꝫ in capl'o recitentur z ꝑ eoꝝ aiabus a fribus in spāli oꝛeť. Per hoc aūt nō itendimus in aliquo derogare: oꝛdinationib⁹: statutis: vel obseruantijs rationabilibus dicti oꝛdinis: ɓm que p̄dicta debent recitari frequentius.

¶ De iuramēto generalis seu prouincialium ministroꝛum z alioꝛum. Cap. xiiij.

O Rdinamus etiā ꝙ deinceps generalis mister in sua nouitate anteꝗ̃ suum officium exequať teneať iuramētuz p̄stare in p̄sentia gñalis capl'i: si tpe electiōis sue ibi p̄sens fuerit vel si absens fuerit p̄sente ꝯuentu loci in quo eum decretū sue electiōis recipe cōtigerit sub foꝛma que seqtur. Ego frater. N. minister gñalis oꝛdis frm̄ minoꝛum ab hac hoꝛa in antea fidelis ero scō Petro sancteq̧ Romane eccl'ie: dñoq̧ nr̄o dño pape suisq̧ successoꝛibus canonice itrantib⁹: nō ero in ꝯsilio: nec in facto vt vitam perdāt aut mēbꝛuꝫ: vel capianť mala captione: ꝯsilium qd̄ mihi aut per se: aut ꝑ lr̄as: aut ꝑ nūcium manifestabūt ad eoꝝ dānum nulli pandam. Uocatus ad sinodum veniam nisi fuero ꝑpeditus canonica ꝑpeditiōe: in coꝛrectionib⁹ iudicialib⁹ grauium criminūꝫ z in puisionib⁹: pmotionib⁹: ꝯfirmationibus: destitutionib⁹ z repulsionib⁹ faciendis de psonis dicti oꝛdis fideliter z ɓm deum z regulam beati Frācisci puram z rectā ꝯscientiaꝫ me habebo: sic deus me adiuuet z hoc ad scā dei euāgelia. Simile iuramētum p̄stabunt mistri prouinciales statim cum fuerint cōfirmati in p̄sentia p̄imi puincialis capl'i z nihilominus ꝙ subiectionē z reuerētiam z obiam a sanctis patribus ꝯstitutam ɓm regulā beati Frācisci generali mistro z suis successoꝛib⁹ canonice intrātib⁹ vel substitutis exhibebunt quādiu in obedientia z vnitate sancte romane eccl'ie fuerint. Oꝛdinamus etiam ꝙ diffinitoꝛes capituloꝝ gñalium z puincialium anteꝗ̃ sua exequāť officia p̄stent in p̄sentia ipsoꝝ capl'oꝝ coꝛpoꝛaliter iuramētum: ꝙ suū offm̄ fidel'r exercebūt. Electoꝛes etiam gñalium z puincialiuꝫ ministroꝝ anteꝗ̃ ad electionē ꝑcedant in p̄sentia dictoꝝ capl'oꝝ iurare teneantur ꝙ nullum eligent quem sciant vel credant indignum. Electoꝛib⁹ aūt cūstodum z guardianoꝝ districte ꝑ obiam iniungim⁹: q̃tenus in eligendis se habeant ɓm deuꝫ z puras z rectas ꝯscientias eorūdem. Ipsis etiā custodibus z guardianis in virtute sancte obie iniungimus ꝙ in cōmissis sibi officijs diligēter z fideliter se habeant.

¶ De familia z expensis generalis ministri z ratione reddenda. Cap. xv.

P Reterea oꝛdinam⁹ ꝙ gñalis mister duos frēs notabiles puidos z discretos habeat socios: vnum cismōtanuꝫ z alium vltramōtanū ꝑ eundem de ꝯsilio puincialium mistroꝝ z in generali capl'o habito assumendos: z si eos vel alterum eoꝛum moꝛi vel impediri ꝯtigerit loco eius vel eoꝛum alium vel alios ɓm modum p̄missum de cōsilio aliquoꝝ discretoꝛum debeat subrogare: z nihilomin⁹ habeat duos fratres alios dicti oꝛdis boni testimonij socios z duos honestos famulos qbus dūtaxat debeat contentari. Eidem autē generali z p̄fatis socijs z famulis puideať moderate in suis necessarijs per conuentus seu custodias vel prouincias p̄out est hactenus in oꝛdine consuetum. Ipse vero generalis mister p̄o se z his q erunt secum non p̄mittat: imo fieri ꝓhibeat excessiuas expensas. De his vero que sibi romane psone vel officij: dari legari vel offerri vndecūq̧ contingent: per vnum de p̄dictis socijs reddat in capitulo generali debitam rōnem.

¶ De visitatione generalis ministri. Ca. xvj.

O Rdinamus etiaꝫ ꝙ generalis minister teneatur oēs puincias dicti oꝛdis tribus dūtaxat exceptis inferius designatis infra decē annos postꝗ̃ ad officium ministeriatus assumptus fuerit ꝑsonaliter visitare z in visitando easdem prouincias illum oꝛdinē teneat qui expedientioꝛ

expedientior vel expeditior videbitur capitulo generali. Et postq̃ visitauerit vnam puinciā: nunq̃ postea causa visitationis ad eā reuertat prius q̃ oēs reliq̃ puincie ab eo fuerint visitate. Qd si forsan aliqs casus arduus emerserit pp quē prouincia visitata plus alijs q̃ visitāde fue rint indiguerit visitari: tūc dictus generalis: si p ministrū prouincialem ⁊ prouinciale capitulum puincie visitate fuerit requisitus vel gñali capitulo: vel ipsi gñali ministro pp magnā necessitatē vel magnū periculū videbit fore ad eādem puinciam causa visitationis intermissis alijs prouincijs redeundū: possit ad eandē causa visitationis redire puinciā ne animaꝝ pfectus aliquatenus negligat. Ubi aūt ex quavis causa rationabili hmōi visitatiōis ordinē interruperit ipsa causa cessante eūdem ordinē visitādi resumat. Et vbi visitationē pdecessor dimiserit ibi eādem visitationē debeat inchoa re successor. Si vo eūdē gñalem ministrum con tingerit legitime īpediri q̃ psonaliter visitare nō posset: tūc p aliū vel alios idoneos dicti ordinis fratres hmōi visitationis offīm exequatur. Ad tres vo puincias vt pfertur exceptas quas gñalis minister nō teneat psonaliter visitare vꝫ Hibernie. Grecie ac Terre sancte infra eosdē decē ānos mittat dictus gñalis frēs idoneos ⁊ discretos ad hmōi visitationis officiuꝫ exequendum de cōsilio generalis capituli de putandos qui ipsas prouincias visitare teneantur tam publice q̃ priuate.

¶ De visitatiōe ministroꝝ puīcialī. Cap.xvij.

Singuli quoq̃ ministri prouinciales illi. vꝫ q parvas prouincias hñt singulis ānis: q vo magnas hñt puincias de triennio in trienniū ad minus puentus ⁊ alia loca prouinciaꝝ suaꝝ visitare ⁊ cōplere in eis visitationis offīm teneātur: q̃ si rationabili causa cessante non fecerint a suis ministerijs debeāt amoueri. Pꝛefat⁹ quoq̃ gñalis minister teneat fideliter facere relationē in c. gñali de statu puinciaꝝ q̃ p eū fuerint visitate. Et quilibet puincialis minister in eodem capitulo generali hoc idem facere teneatur de statu puincie sibi cōmisse ⁊ quicunq̃ alij qui prouincias visitabunt.

¶ De destitutione ⁊ renouatione ministroꝝ prouincialium. Cap.xviij.

q cõem vitā frm sic valeat saltē quoad cibaria & vestiaria: in noīe dūi eligāt in vicarium. Cui electio tūc intelligatur esse canonica: qñ saltem p maiorē ptē frm pdictor nūero duntaxat: vt supra fuerit cōcorditer celebrata: & qcitius fieri poterit a R. P. M. puincie cōfirmatio postuletur iuxta formā institutiōis officij mei & nullo mō vltra trieniū cuiuscq vicarij offm extendatur: p interuallū tñ seqntis trienī vel saltem duor anor licita sit electio de eodē cū circunstātijs andictis & in qualibz ānua cōgregatiōe: vicarius cū diffinitorib andcis & nō sine eis: guardianos ordinet quorumlibz locor nostre familie pūtādos in capso puinciali vt legātur in tabula iuxta iflōnē ādictā & vt oīa ſm deū & rectā cōsciam cautius pagātur: tā diffinitores & electores pfati q ipse vicarius electus in pñtia totius capsi vel cōgregatiōis debeāt pstare iuramētū ſm formā traditā in cōsōnib Bñ dicti sub rubrica de iuramēto gñalis & pulcia liū mistror. Nā nostri vicarij cedūt nobis loco mistri. Dignū est igit & iustū: q simile iuramētū pstent et ipsi vicarij sic electi ad fidelitatē obi. m: & reuerētiam sancte ro. ecclesie cōtinuis tpib obseruandas: iuxta cōtinētiā pmi & vltimi capsi nre regule: q maxie pp istātiā tpa piculosa & dies malos pnitiosi scismat: qd vt cācer serpit in heresim maledictā. Et qlibz vicarius oīa loca: domos: vel cōuētus: & frēs sibi cōmissos: saltē bis in āno studeat visitare & diligēter ingrere & corrigere qcqd reppit corrigēdū psonar acceptione & ipedimētis iustitie qbuslibet resecatis: cum mīa tñ pniaz iniugendo.

¶ De his qui volunt vitam istam accipere: & qualiter recipi debeant. Cap. ij.

Secundo circa 2m capitulum. Dico & determino q nullus recipiat ad ordinē: q decimū octauum annū sue etatis nō attigerit: & q vultū virilē potiusq puerilē ostēdat: & q sit idoneus ad honestos labores & religionis onera supportanda. Et nullus frm: iuuenē quempiā vel etate puectū adulatiōibus: suasionib vel blāditijs presumat attrahere ad nostram religionem. Quinimo vitā nostrā accipe volentib diligēter & seriose exponat rigor potius nri status: quoad oblam: paupratē: & castitatē: & cetera q in nra rsa ptinent. Et modus etiā viuēdi quoad petendas elemosynas. Quoad bonas cōsuetudines: & cerimonias ordis: de ieiunijs: vigilijs: orationib: disciplinis: celitijs & alijs austeritatib vite nre: vtputa sine calciamētis: siue camisijs: lineamib: sine pecunijs in itinere & vbiq. Et oī tpe siue sanitatis: siue ifirmitatz dormire cū hitu & nunq sine: nec i publico sine hitu appere in cōspectu secularū psonarum. Quū magis expediat nos honestatē fugere: q qscūq seculares mulieres. Nec sint pcip recovi carij ad recipiēdū quoslibz idistincte: q se pñtāt ad ordinē: sz iuxta dispositionē rle & statutor nostri ordinis plibati. Et illi q pniusq reci piantur ad pānos pbationis vt pñt cōmode sua bona: si qua hñt pauperib erogare instruātur: vt de illis faciant testm: & de rebus suis faciāt siue disponant sicut dominus inspirauerit eis. Disponant etiam de vestimentis secularibus: que secum detulerunt venientes ad religionem: nec seruentur p fratres. Sed si volūt ipsi seruari facere: remittant ea ad domū parētum: vel ad suum beneplacitum faciāt alibi reseruari. Auisentur etiam ipsi nouitij q si priusq habitum noster religionis susceperint: vouerunt religionis ingressum: statim suscepto habitu: intelligunt tacite professi. Similiter si in ipsa habitus susceptione: firmum propositū quisq habuerit ad seculum non redire: & diuino vitam mutare: & in religione perseuerare: & pari modo intelligatur obligatus: si infra annum probationis firmo proposito & deliberata mente se perseueraturum sposponderit in vita regulari. Et multo magis si efficaciter voueat. Simile si infra annum probationis scienter & sine protestationem habitū professor deferrat distinctum ab habitu nouitior per triduū cōtinuū. Similiter si cōpleto probationis anno remaneat in religione cū habitu sine protestatione: etiam per solum diem naturalem: tacite professus intelligitur: & obligatus religioni in genere: nec vllo modo licet illi ad seculum remanere. Quinimmo si sine habitu religionis appareat in conspectu seculariū psonar excōmunicatus est & vt apostata iudicatur. Et si de facto matrimonium contrahere presumeret: aliam maiorem excommunicationem incurreret ipso facto. Auisandi sunt etiam ipsi nouitij: q qq in igressu religiōis: ex priuilegijs

ordinis in fauorē religiōis ꝓcessis: absolui pos/ sint a quibuscūq; crimib⁹ ꝛ censuris. Immo ſm quosdā p ingressum religionis cū intentiōe p/ seuerādi: sane intelligēdo vsq; ad mortē in ob/ seruātia regulari: ꝯsequitur qs plenariā missionē oium petōꝝ ꝛ restituitur prime innocētie ba/ ptismalis. Si tñ deposito religionis habitu ad seculū reuertatur: recidet ligatus in oibus sicut prius: q: cessante causa: cessat effectus. Dignus est.n. ꝑdere bñficiū: q nescit vti. Et aduertēdū est cautius: q qñ aliquis professus est tacite ꝛ obligatus religioni in gñe: nō licet frib⁹ infer/ re sibi violentiā ad spoliādū sibi habitū vel ad expellendū eū p vim de loco. Nā ita incurrit excōmunicatio maior ex violētia illate noui/ cio: sicut ex illata professo. Bene tñ licet pla/ tis eū arctare carcerib⁹ ꝛ disciplinare: ꝛ corrige re pro suis defectibus: si dicat se velle emenda/ re atq; perseuerare in nostra religione.

¶ De diuino officio ꝛ ieiunio: ꝛ quo modo debent fratres ire per mundū. Cap. iij.

Tertio circa tertium capitulū. Dico ꝛ dispono: q frēs debe/ ant se ꝯformare i diuinis officijs ordi/ ni quī pro tēpore seruat in capella apłica: vbi intelligitur fons ꝛ origo ordinis sancte Roma/ ne ecclesie de mō officiandi: ad quē regula no/ stra se refertur: ꝛ idcirco sicut in capella apłica de cōmemorationib⁹ antiquis celebrat officiū tāq; de festis principalib⁹: ita ꝛ nos facere debe mus. Quāq; San. dñs noster Eugenius papa quartus in hoc relaxauerit habenas: vt quilibet suo sensu abundet. Et q nolūt facere de cōme/ morationib⁹ festa principalia nō astringantur: laudabilius tñ esse dicit: seruare textum regule dicentis. Clerici faciant diuinū officiū ſm or/ dinē sancte Romane ecclesie. ꝛc. De reliquis aūt circa diuinū officiū seruetur ꝯstitutio Be nedicti. q; maxie vt gestus leues ꝛ cātus disso/ lutos ꝛ fractos in diuinis officijs ꝛ missaꝝ sol/ lēnitatib⁹ frēs oino declinēt ꝛ vitēt. ¶ Aduer tendū est insup: q qñ aliquis frater exsoluit di uinū officiū debet dicere ne: dum illud: quod incumberet sibi: si cum socio diceret: sed ēt qd incumberet socio: cū quo illud diceret. Sint ergo frēs cauti in prima ꝛ cōpletorio: ꝛ in leta nijs suis temporibus sancte romane ecclesie or: dinē seruare. De ieiunijs autē dico: q oia nr̄a ieiunia more quadragesimali debeant a fribus obseruari. Alijs aūt tēporibus de omnibus ci/ bis que apponuntur eis liceat māducare: put regula dicit. Sint tñ fratres modesti ꝛ tēpera/ ti in vsu carnium ne cuiquā scandalū generēt in procurando carnēs in plateis ꝛ locis publi cis: siue in foris ꝛ nūdinis: tanq; glutones per macellos: sed potius abstineāt si non pnt aliter honestius ꝓcurare: memores vbi apłi dicētis. Ut nō scandalizetur frater meus nō māduco carnes in eternū. Et quū pnt honeste ꝓcurare sint ꝯtenti semel in die refectionē sumere de ci/ bis carnicinijs. Exceptis infirmis: peregrinis ꝑdicatoribus: ꝛ alijs fribus q pro cōi vtilitate quotidianis laboribus occupant. Attēdāt ēt diligēter quū circuiunt pro licitis ꝛ honestis causis incumbentibus ordini siue pro salute ani/ maꝝ siue pro sustentatione frm̄: ꝛ in domib⁹ re ligiosoꝝ vel seculariū ꝑsonaꝝ hospitant: vt se ꝯforment in cibarijs cū eisdē ne scandalum eis ꝑbeant i esu carniū: vt ſm sanctū euāgeliū ta/ le licētiā temperent cum modestia sanctitatis.

¶ Quod frēs nō recipiant pecuniā. Cap. iiij.

Quarto circa quartū capitulū. Dico ꝛ ordino i q frēs oino abstineant a receptione: tactu: ꝛ ꝯtrectatione pecuniaꝝ: sed honeste ꝛ licite ne/ cessaria ꝓcurādo: si contingat pecuniariā ele/ mosynā necessario procurari iuxta declaratio/ nes apostolicas ꝓcuratori iconomo loci inte/ graliter ꝯsignetur: ꝛ p eūdē expēdat suis tēpo/ ribus: tā p necessitatibus infirmoꝝ ꝛ alijs fri/ bus induēdis: q; pro alijs quibuscūq; necessitati bus occurentib⁹ iuxta declaratione Innocētij quarti in sua constitutione q incipit. Ordinē vestrū: q dicit q frēs possint si rem necessariā aut vtilem velint emere vel solutionem facere pro re iā empta: vel nunciū eius a quo reuē/ ditur: vel aliquē aliū volētibus sibi elemosynā facere: nisi idē p se vel p proprios nūcios: soluere maluerit ꝑsentare: ꝛ ad ipsum si soluto empte rei precio de eiusmodi elemosyna remaneat ali qd apud eum pñt: etiam fratres pro similibus necessitatibus vel cōmodis licite habere recur sum. Si vō pro alijs necessitatibus vel cōmo/ dis noietur aliqs vl ꝑsentetur ab eisdē fribus: pōt ille cōmissam sibi elemosynam sicut ꝛ dñs. ꝛ ꝯseruari vel apud spūalē amicū frm̄ noiatuꝫ vel

vel nō nolatur ab ipsis deponere p eum loco z tpe p ipsoꝝ necītatibus vel cōmodis sicut frēs expedire viderit dispēsandum: seu ēt ad psonas alias vel loca alia trāsferendū. Ad quos ēt frēs p hmōi necītatib⁹ vel cōmodis sana ɔscia recurrere poterūt. Nec Inno. pdict⁹. Et caueāt frēs oino ne aliquā elemosynā pecuniariam siue p se siue p alios frib⁹ vel sclarib⁹ psonis de puincia vl ex puincia pcurare psumāt: vel acceptare sine spāli lnia plati sui. Caueāt ēt ptinus ne ɔtrahāt aliq̄ debita nisi cum lnia suoꝝ platoꝝ z cū modis z formis licitis z ɔcessis fribus iuxta declarationem Nico. iij. in decretali. Exijt q seminat. §. Ceteꝝ. cū in eadē. de v. sig. De infirmis aūt p virib⁹ nr̄e paupertatis solicitā curam gerāt: ne dū vicarij z guardiani: sꝫ etiam oēs illi frēs qbus per vicarium puincie vel guardianum loci diligens fuerit cura cōmissa.

De modo laborandi. Cap. v.

Quinto circa qntū captm. Dico z ordino: q nllus guardian⁹ psumat occupare frēs i supfluis laborib⁹ z exercitijs corpalib⁹: ex qb⁹ dinoꝝ officioꝝ exsolo siue p clericos siue p laycos detrimētū patiat. Quinimo adeo se tēperent i laborib⁹ z exercitijs āndictis: vt excluso ocio aie inimico: sc̄e orōnis z deuotiōis spūs nō extīguāt. Qd ēt sane itelligen. est circa spūal'a exercitia. Cū corpalib⁹ itermixta: vt neq in pdicatiōib⁹ neq i ɔfessiōib⁹: neq in studijs siue lectionib⁹ vl ēt spūalib⁹ ɔsilijs psonis secularib⁹ vel sclarib⁹ exhiben. adeo se occupēt: q dinas laudes z ordinatū offīn ptermittāt. Et caueāt frēs: ne qs q̄ eoꝝ temē igerat offō vl exercitio: qd sibi nō est cōmissum in scādalū friis sui: cui ex cōmissiōe hmōi offīn ptinet. Et nllus psūat alteꝝ icrepare nisi auctē hēat vigoꝛ officij sibi ɔmissi. Sꝫ q maiorē hūt grām discolos istruāt i spū lenitatis alter alteri⁹ onera portātes vt adiplcāt legē xpi.

Qd frēs nihil sibi appropriēt z d elemosyna petenda z fribus infirmis. Cap. vj.

Sexto circa sextū ca. Dico z ordino: q nllus frm minoꝝ psūat aliq rē q̄tulꝫ pui valoris suo arbitrio retinē quoquo mōd: nisi q̄tū a suo plato vꝫ. vicario puicie vl guardiano ad vsū sibi cōcessa fuerit. Exide pcipio oīb⁹ z singulis: q ab hic in posteꝝ hita notitia pñtiū ordinationū: qlꝫ fr nr̄e familie oīum cismōtanaꝝ ptiū teneat z debeat q̄cūq ɔsignare vicario puincie vel suo guardiano q̄cūq ad suā istātiam retinet q̄tulꝫ mimā: cū btūs Bernardus dicat. Monach⁹ q hꝫ acū nō valet acū. Et ea q̄ p suū platū sibi ad vsū ɔceduntur gratiose recipiat: ab his aūt q̄ sibi denegant oino patiēter abstineat. Et nllus psumat sub clausura q̄cūq aliqd retinē: neq in loco nr̄i ordis: neq ex ordinē: nisi de lnia plati sui. Nec audeat qsꝫ aliqd dispēsare vel alicui donare: neq itra ordinē neq ex ordinē nisi de lnia plati sui. s. vicarij vel guardiani. Nllus isup audeat qcq̄ emere vl emi facē: aut vēdē: vel vēdi facē: nisi de lnia sui plati. Ex tūc non nisi fm modū licitū z pmissū p amicos spūales pcuratores vl iconomos distractio vl emptio fiat: iuxta declarationē Nico. iij. i pdicta decretali. Exijt q semiat. §. q ꝓ dñiū. Caueāt isup frēs oino: ne ānuos reddit⁹ vl pecuniarias oblatiōes in altari: cippo: vl trunco in aliquo alioꝝ nr̄oꝝ locoꝝ recipiāt vel acceptēt. Neq p modū exactiōis q quoquo mō pmittāt pcuratores vel iconomos nr̄i ordis iņ iudicijs agere ɔ quēq̄ ad capturā psonalē vl ad violētā appħēsionē reꝝ tpaliū ēt fm ordinē iudiciariū: ex quo possit ɔ deuotionē nr̄e sacre religiōis scandalū exoriri. Attēdāt ēt diligēter ne patiantur annexā ppetatem cuiq̄ loco nr̄i ordis pmanē: neq vineaꝝ neq oliuaꝝ: neq aliaꝝ reꝝ q̄tulꝫ mobiliū vl imobiliū ɔ nr̄e rle puritatē. A mutuis aūt sub pignoratiōib⁹ z pmutatiōib⁹ ceterisq ɔctib⁹ z negocijs sclarib⁹ frēs ptin⁹ se abstineat. Tū p pcuratorē vel iconomū nr̄i ordis cū expedit aliqd pdictoꝝ exeq deuote regāt. Caueāt isup ne panē vel vinū vel alia mēdicata siue oblata p vsu frm distrahāt aut vēdāt vl vēdi faciāt: siue p re alia pmutēt vl p satisfactiōe fienda cuiq̄ tradāt. Sꝫ p alios mōs licitos satisfieri pcurēt illis qb⁹ fuerit satisfactō repēdēda.

De pnia frib⁹ peccātib⁹ iponēda. Cap. vij.

Septimo circa 7ᵐ ca. Dico z ordio: q oēs fratres cuiuslꝫ loci salt' bis i ebdomoda cōfiteant suo guardiano vel de ɔscia z assensu eiusdem qlibꝫ determinatū suū nr̄i ordis hēat cōfessorē: z q psbyteri sunt iuxta grām sibi a dño datā se pparēt z disponāt ad frequētāda misteria sacrīq ꝓ psbyteri non sunt de qndena in

quidenā cōicare non ꝑmittant. Et si qͦ ab/ sit alteruter scādalizauerit in aliquo frēm suū ꝓlusq̄ cōicet:imo meli⁹ ꝓusq̄ dormiat hūilr veniā postulās recōciliari se fri suo ꝓtinus nō postponat. Et qbuscūq̄ pctis recurrēdū esset ad gnalē vel ꝓuīcialē mīstrū:vt sīm discursus strictī⁹ euitēt hēat recursus ad vicarios ꝓuin/ciaꝝ qb⁹ auctē plenariā iam ꝯcessi. Et q: vt rl̄a nr̄a dicit. Ira ꝛ ꝯturbatio in se ꝛ i alijs ipediūt charitatē. Et sapiēs iqt. Ira ipedit aiuȝ ne pos sit cernē vex. Caueāt tā vicarij q̄ guardiani ꝛ ceteri ꝯfessores ꝛ officiales ne turbato aīo quē/ q̄ pniet vel suis manib⁹ disciplinēt:s; poti⁹ ip/ simet disciplinādo inuīgāt vt seips; disciplinet: castiget ꝛ corrigat. Si vo icorrigibilem se pre/ beret tūc etiam laicis cōmittere possent ipsi p̄/ lati:vt eum caperent ꝛ arctarēt in domo disci/ pline ad penitentiam peragendam.

¶ De electione generalis ministri ꝛ de capitu lo penthecostes. Cap. viij.

Ctauo circa. viij. capi. Dico ꝛ ordinō q̄ nr̄e ꝓuincia/ les ꝯgregatiōes q̄rū cuȝ dei adiutorio bono mō fieri poterit fieri debeāt p. xv. vel sal/ tē p. viij. dies āñq̄ ꝓuīciale capl̄m celebret vt tā ꝯfirmatio vicarij: q̄ publicatio guardiano/ ruȝ in tabula cōmodi⁹ terminent quousq̄ per San. D. N. Eugeniū papā. iiij. vel ei⁹ successo rē canonice itrātē alid disponat. Si vo ꝯtigat in aliq̄ ꝓuincia nō celebrari ꝓuīciale capl̄ȝ ali/ quo āno nō ppea postponat q̄n nr̄a ānua ꝯgre gatio celebret in qua vicari⁹ i enūciet ꝛ fiat eia sic sup in caplo declaraui. In ipsis aūt ꝯgrega/ tiōib⁹ fiat determiatio de locis recipiendis vel reparandis ꝛ fr̄ibus:vel saltem ab ipsis fribus capitulariter congregatis vicario remittat cū habendo consilio discretorum.

¶ De predicatoribus. Cap. ix.

Nono circa. ix. cap. Dico ꝛ ordīo: q̄ oēs frēs qb⁹ offīm p̄dica tiōis est cōmissuȝ a deo caute prudēter ꝛ discrete p̄dicēt. Verbū dei ꝛ honestā ꝯuersa/ tionē hēant:ꝛ modeste loquant oib⁹:ꝛ suos ser mōes talr moderēt q̄ neq̄ eccliaꝝ platꝫ neq̄ qbusq̄ psonis sclarib⁹ scādalū oriat. Et q: p̄di catōis offīm ē sustētamtū fidei xp̄ianę:lume ve ritatꝫ:scola ꝟtutū:ruina vitioꝝ:dieta salutꝫ:do ctrina moꝝ:camera scītatis:tribunal iudicij: cruciat⁹ demonū:clausura īfernoꝝ:ianua celo/ rū:ꝯfirmatio iustoꝝ:reductio pctoꝝ:ꝛ instru/ ctio ofuȝ rōnabiliū aīoꝝ. Nō imerito hui⁹ offi/ ciū tā arduis ꝛ excellētiorib⁹ ꝓuilegijs ab eccle sia p̄dotat. Nec mir si seraphic⁹ pr̄ nr̄ btūs. F. in rl̄a nr̄a caplm. ix de p̄dicatorib⁹ tāto pōdere atq̄ maturitate librauit. Pmo ad euitāda scan dala platoꝝ eccl̄iæ ꝓhibȝ ne frēs p̄dicēt i ep̄atu alicui⁹ ep̄i:quū ab eo illis fuerit ꝯ̄dictuȝ. Scdo ad euitādū errores ꝛ picula atq̄ offēsionē pia/ rū auriū auditoꝝ ꝓhibȝ vt nullus pplo penit⁹ audeat p̄dicare:nisi gnali mīstro hmōi frnitatꝫ fuerit examiat⁹ ꝛ approbat⁹ ꝛ ab eo sibi offīm p̄/ dicatōis ꝯcessum. Ubi notādū q̄ q̄uis hodiē nō sit oino nece a gnali mīstro dūtaxat obtine ri in iam p̄dicādi:pōderāda tn̄ sūt illa tria adie ctiua ꝑticipia:examiat⁹:ꝛ approbat⁹ ꝛ ꝯcessuȝ: q̄si dicat. Nemini ꝯcedat p̄dicatiōis offīm:nisi ꝑmit⁹ fit approbat⁹ ꝓ sufficiēti p̄dicatore. Nul lus approbet:nisi ꝑmit⁹ fit diligēter examiatus a docto ꝛ valēte examiatore. Et sic ꝓsupponit q̄ mīster hmōi officij dēat eē sufficiētis scīe at/ q̄ pitie ꝛ doct⁹ in sacra pagina:q̄ ds eē subiecta mā talis officij. Nā si metaphysica iter artes li berales ꝓ vltia reputat:mlto magis sacra theo/ logia cui recte ꝯuenit:discernere ꝟitatē fidei ꝛ sinceritatē moꝝ ab imūditia vitioꝝ ꝛ spurcitia īfidelitatis hereticoꝝ. Hinc de btō Ludouico pōti. nr̄i ordis ex decreto Jo. xxij. auctētice legi m⁹:q̄ ifra septēniū quo obses fuit i cathalonia sub istructōe frm̄ minoꝝ:quos secū hēat in so/ cios in ꝑmi iuis sciētijs ac sacra pagina sic ꝓfe/ cit:q̄ vir dei pollēs igenio ꝯ̄ p̄dictꝫ sciētijs nō solū publice ac ꝓuate subtilr disputare valeret: s; et solēniter clero ꝛ pplo ꝓponeret ꝟbuȝ dei. Ecce q̄ clare sūm⁹ pōtifex plurifacit solēnē p̄/ dicationē q̄ subtilē disputatōeȝ. Hic ꝛ. S. D. N. Eugeni⁹. iiij. cuius simplicia ꝟba ꝯsolatoria vl hortatoria debēt ꝓ pceptis adipleri:plurics mihi innuit:sic et nōnulli. R. D. Cardinales suaserūt. Ut in q̄lȝ ꝓuīcia curarem ꝓuidere de bona istructōe iuuenū:tā i sciētijs q̄ i morib⁹ ꝛ exēplariuita obsuare ꝛ lr̄is rl̄aris:vt nomē no bis ipositū frm̄. vȝ. ꝯ̄ obsuātia:ex ꝯ̄tia rei suū letū ꝛ pfectū ꝯseq̄t effectū i cūctꝫ ꝑtinētib⁹ ad salutē. Ex his ꝯ̄ oib⁹ ādictꝫ mādo ꝛ pcipio ol b⁹ vicarijs mee cure cōmissis i qbusȝ ꝑtib⁹ cis/ mōtanis:q̄ten⁹ hita notitia ꝯ̄ p̄dictis q̄celtius poterunt:

poterūt:qꝫ vicari⁹ i sua ꝓuīcia determiet vnū locū vel plā loca iuxta politatē ⁊ aptitudinem frm̄ ꝓuicialiū i quo vel i qb⁹ locent frēs idonei ad docēdū pariter ⁊ adiscēdū:q ꝓficē valeant: ne dū i ꝓmitiuis sciētijs:sꝫ ēt i sacra pagina do ducē. Et h cū effcū ⁊ sine dissimulatōe fieri debeat p quelꝫ ꝓdicatorē ad meritum obie saluta rie:vt tā ꝓdicatores q̄ ꝯfessores sine defectu ⁊ errore ad dei gl'iā ⁊ aiaꝝ salutē eoꝝ officia valeant exercere:als in ꝑiudiciuꝫ ꝯsciaꝝ vraꝝ:si quēq̄ ꝓmoneritis ad officia p̄libata nisi idoneū ⁊ sufficiētē vt.s. Uicarij quoqꝫ ⁊ guardiani nō occupēt neqꝫ occupari ꝑmittāt frēs idoneos ad adiscēdū neqꝫ i scribēdo neqꝫ i alijs laboritijs nisi mꝯtū ieuitabilis necītaꝫ suaderet.

¶ De admonitione fratrum. Cap. x.

Decimo circa .x. capi. Dico ⁊ ordino q̄ vicarij ꝓuinciarū in visitatōib⁹ fiēdis saltē bis in āno vt sup ꝓ cap. dcm̄ ē. cū oī diligētia studeāt ꝓua re famā frm̄:q̄tū posse est:bona tpalia postponēdo fame:q: teste sapiētē. Meli⁹ est bonū nomē q̄ diuitie multe:famā postponēdo vite:q: de⁹ nō vult mortē pctōris:sꝫ vt conuertaꝰ ⁊ viuat:vitā postponendo aie:q: dicit dn̄s. Nolite timere eos:q occidūt corpus:aiam aūt nō pn̄t occidē. Aiaꝫ āt postponēdo deo:q: pōt de⁹ aiaꝫ ⁊ corp⁹ pdere in gehēnā:⁊ ipe tāq̄ sūmū bonū creator oīum cūctis reb⁹ ē ppōnēd⁹. Hic recte dicit btūs. F. i h caplo. Frēs q sūt mīstri ⁊ ꝓui alioꝝ frm̄:visitēt ⁊ moneant frēs suos:⁊ hūilr ⁊ charitatiue corrigāt eos:q̄si dicat visitādo iguāt:⁊ si delīquētē iuenerit:moneāt ne amplius delinquat ⁊ si secretū est crimē:secreta sit correctio. Si vo publicū pari mō pnia publica castigeꝰ:⁊ totū fiat ad finē emēdatōis vite:⁊ lucrādi aiaꝫ pctōris. Q: vt dicit Aug. siue plectēdo siue ignoscēdo:h solū bn̄ agiꝰ:vt vita hoīs corrigaꝰ. Jnqrāt aūt i visitatōib⁹ diligēter ꝯ rebelles obie ꝯteruos ⁊ ꝯtumaces:ꝯ ꝓꝓetarios cupidos ⁊ ambitiosos:ēt ꝯ illos:q appropriāt sibi loca:vel ad libitum volūt sibi eligere mansiones:ne forte q̄ absit libidinosa cupidine moueantur:⁊ diligētissime ac intētissime pergrāt de quacūq̄ trāsgressione voti nitidissime castitatis. Circa q̄ puniant delinquētes cum misericordia ⁊ pietate:iuxta determinationē statutorum Guilelmi farinerij ⁊ constitutionem nostrarum Assisij editarum ex dispositione fe. licis recordationis Martini pap. v. Jnquirāt etiam attente contra negligentis ⁊ lentos ad diuina officia ⁊ missarum solēnia persoluēda. De ieiunijs:de disciplinis ter i ebdomoda fiēdis:de officijs de gratia:vt mortuoruꝫ. Benedicte:psalmorum penitētialium ſm bonas cōsuetudines ordinis:⁊ substantialibus regule ⁊ cerimonijs religionis cōformēt se fratres omnium partium cismontanaruꝫ quātum est possibile bono modo. Et subsequenter inquirant de omnibus officialibus sigillatim: qūo guardiani vixerūt ⁊ rexerūt. Si ꝯtinuauerunt assidue residētiaꝫ in suis guardianitatibus:si suos fratres promonerūt ad bonum ⁊ retraxerūt a malo:eorum bone vite exemplis moribuꝫ:operibus ⁊ doctrina:maxime in capitulis semel in ebdomoda celebrandis:⁊ si fuerunt diligentes ⁊ soliciti circa bona spiritualia ⁊ temporalia ad vtilitatem fratrum sibi cōmissorum:de quibus se nouerint obligatos rationem reddere coraꝫ deo tanq̄ habētes curam animarum ipsoruꝫ. Jnquirant etiam de vicarijs locorum:quomodo se habuerunt in officio, de sacristis si bonaꝫ curam habuerunt de paramentis ⁊ alijs rebus sacristiarum de armaristis si bonam curam habuerunt: de libris tam de scriptis in inuentarijs q̄ de alijs describēdis. de predicatoribus: de confessoribus:de magistris nouitioruꝫ ⁊ iuuenum:de infirmarijs de questuarijs:de quoquinarijs:de canaparijs:de ortulanis:de communetoris:de forestierijs; de ianitoribus compescant insuper cum studio ⁊ solicitudine taꝫ vicarij q̄ guardiani vagos ⁊ superfluos ⁊ inutiles fratrum discursus q̄ maxime ad romanam curiam:ad quaꝫ nulli liceat accedere:nisi cum speciali licentia mea q̄ possint in scriptis ostēdere vel vicarioꝝ ꝓuincialiū suoꝝ ⁊ cōmissarioꝝ meoꝝ iuxta itentionē. S. D. N. R. P. Gn̄alis. Prohibeat ēt oī rigorē quo pn̄t discursus frm̄ p ꝓuincias de loco ad locū:nec mittāt guardiani frēs sibi cōmissos extra termios sue queste:nisi iusta vrgente ⁊ necessaria cā interueniente:⁊ tpe messium ⁊ vindemiarum; si frēs nostri hn̄t necesse querere blada vel vinum in questis frm̄ cōuentualiū deferant:vt prius ipsi querant ⁊ postea nostri:ad euitādum scādaluꝫ inter ipsos ⁊ nos similiter accessus ad cōuiuia

festiuitatū cōmessationes vel prādia aut cenas imo τ potatiōes cū sclarib⁹ psonis taꝫ in locis q̄ʒ ex̄:nisi i itinē:cū aliqb⁹notabilib⁹ psonis ad euitāda scādala q̄ꝛū pn̄t:τ ne ꝓximi scādalizēt ð vob ex cibo vl potu aut aliquo ðbo lepte ꝓlato:τ recordēt oēs frēs τ b⁹ⁱ discurrētes:τ timeāt maledictioneꝫ btissimi pīis nr̄i.F.ꝯ frēs dātes mala exēpla:τ scādalizātes ꝓxios:qn̄cūqꝫ vl vbicūqꝫ.Moneāt quoqꝫ sepe frēs i capl̄s maxie ebdomodaꝝ ne icaute dimittāt aut teneāt lumia p cellas ad icēdiū mlt̄iplicia scādala euitāda.Prohibeant ēt ipsi vicarij:ne q̄sq̄ꝫ frm̄ siue guardian⁹siue subdit⁹ p̄suat aliqd imutare addē vl minuē ð edificijs locoꝝ sine lnia spāli eoꝛūdē vicarioꝝ nec ꝓcurare p̄sumāt aut acceptare pamēta supflua τ nimis pciosa siue libꝛos poꝛtatiles vl p choꝛo:siue alia q̄cūqꝫ vtēsilia q̄ꝫ curiositatē ondērēt nr̄o statui icōpetētē. Prohibeāt ēt ipi vicarij pciositatē i vestiūtꝫ: supfluitatē edificioꝝ τ oꝛnamētoꝝ tā i ecclijs τ τ sacristijs q̄ʒ ēt i alijs officinis. Prohibeāt ēt sic ex nūc ego ꝓhibeo ne q̄sq̄ꝫ frm̄ aliq̄ bōa sclariū psonaꝝ i locꝫ nr̄is reponat vl sub ei⁹ custodia suare p̄suat:aut dispēsandū bōa aliena iter paupes se q̄uolꝫ itromittat:vl de mr̄imonijs τ alijs ɔctib⁹τ negocijs psonaꝝ sclariū quū iam mlta scādala iteruenerit ex pdcis. Moneāt ēt frēs vt suis plat꜠ sint obediētes τ reuerentes τ vt honeste loquant oib⁹sic dcet:τ trāgressoꝛes puniēt.Ipi quoqꝫ plati nr̄i oꝛdis nō iducant nec patiant sibi fieri supfluas reuerētias vtputa ð frequēti genuflexiōe:maxie ad mēsaꝫ quū sedit aliqd suis plat꜠ sint dicturi. Prohibeāt isup vicarij pdci ne frēs sibi cōmissi icaute scribāt vn⁹alteri vl alter alteri res scādalosas mali exēpli vl ð edificātes ꝓxioꝝ:nꝫ ð guerrꝫ:neqꝫ ð ipudicitijs τ silia.Neqꝫ ðferāt ābasiatas i scripꝫ vl sine scriptꝫ sclariū psonaꝝ vl alioꝝ quoruūcūqꝫ ex qb⁹ ꝓsilr scādalū aliqð valeat gnari.Neqꝫ reuelēt ex̄ oꝛdinē secreta nob occurrētia.Nō patiātur qꝫ a frib⁹fieri repn̄tatōes aliqs festiuitatū q̄rucūqꝫ vel in die lamētatōis dn̄ice passiōis vl i alijs qbuscūqꝫ dieb⁹cū dissimulatꝫ vestib⁹sclariū psonaꝝ vl armis τ silib⁹ nō ɔuenietib⁹statui rl̄ari.Neqꝫ frēs ad spectacula aliq̄ vadāt vl ludibꝛia τ dissolutas repn̄tatōes i qb⁹ loco lachꝛymaꝝ resoluent astāt es i lasciuis voluptatib⁹ τ cachinis:studeant ēt oēs q̄ꝛuꝫ est poꝛe ɔfoꝛmes fieri i mō vestiēdi:saltēꝫ q̄ꝛū ad coloꝛē τ foꝛmā habituū:de alijs aūt idumentis ꝓuideat oib⁹ possibilr: ſm loca τ tpa:τ frigidas regiones.Et caueant frēs ne ꝓo iterrulis vtant toualijs:apparētib⁹ circa collū in ɔspcū sclariū putātiū ex ide frēs deferre camisias delicatas:nec appere p̄sumāt in ɔspcū sclarium tenere sine hitu:siue cā piscādi:siue natādi:siue balneādi:sꝫ si ifirmitas ɔsilio medicoꝝ balneis indigerēt sine hitu.Tūc i occulto itrēt:si volūt euitare laqueū excōicatōis:sic dic dn̄s Jo.an. τ Doctoꝛes moderni post ip̄m.Uel si non pn̄t itrare:qn a sclarib⁹ videant:tūc sibi ꝓuideāt ð aliq̄ leui tunica cuꝫ caputio vel de aliquo antiquo hitu vl leui:sic faciūt cartusiēses τ alij mlti religiosi:q nitunt adherere obſuantie rl̄aris vt sūt camalduēses τ mōtis oliueti.Nullus etiā laic⁹ nr̄i oꝛdis ad clericatū p̄sumat ascēdē : nisi a me lnīam obtinuerit:τ nesciētes lr̄as:nō curent litteras discere:nisi suscepta obediētia vel obtenta licentia sui vicarij vel mea.

¶ Quod fratres non ingrediantur monasteria monacharum. Cap.xj.

Vndecimo circa.xj.cap. Dico τ oꝛdino imo sic rl̄a dicit. Precipio firmiter frībus vniuersis:ne hēant suspecta ɔſoꝛtia vel cōsilia mulieꝝ.Intelligunt aūt suspecta ɔſoꝛtia nō solū de mulierib⁹ sꝫ ēt de suspectꝫ familiaritatib⁹ qbuscūqꝫ:siue cū sclarib⁹psonis siue ēt cū ipsis frib⁹ nr̄i oꝛdis nouicijs siue pfessis. Et iō tam vicarij q̄ʒ guardiāi sint sollicitī diligētes τ attēti:vt oīno τ ꝓtin⁹a frib⁹ sibi cōmissis oīa suspecta ɔſoꝛtia ac colloqa euitent. Talis autē suspitio poterit τ circūstātijs locoꝝ secretoꝝ : τ occultoꝝ tēpoꝝ:nocturnoꝝ vel diuinoꝝ vt qū frēs doꝛmiunt vel cōueniunt ad ecclesiam vel ad refectoꝛium. Et frater suspect⁹ ab alijs seq̄strat⁹in occulto τ secreto loq̄t τ ɔuersat cuꝫ psona suspecta:silr ex frequētia ɔuersatōis τ colloquij q̄ꝫ maxie cum sibi auisatū fuerit a plato. Ex his igit oꝛdino τ dispono:q̄ꝫ nullus fratrū mihi cōmissoꝝ ex̄ loca nr̄a vel publicas ecclesias:aut alia loca patētia si occurrat nescio p̄sumat audire ɔfessiones mulieꝝ q̄rūcūqꝫ vel ad domos seculariū psonaꝝ cā audiendi ɔfessiōes mulieꝝ accedere:nisi foꝛsitan tpe grauis ifirmitatis.Et tūc si accessus rōnabili excusatiōe nequeat

queat euitari: semꝑ ꝯfessoris socius ipsum confessorē teneanť diligētius intueri. Et si quādo oporteret frēs remanere noctis tpe in domib⁹ seculariū: cū aliqs morti ꝓpinquat: vel alia quacūqꝫ de cā: nunqꝫ vnus ab altero seqstreť. Idē fiat in itinere ꝛ ēt quando fratres vadunt pro elemosyna qꝫ fieri poterit bono mō. Nullus insuper ꝑsumat mulieres introducere: neqꝫ pueros neqꝫ ēt adolescentes suspectos: intra officinas frm: neqꝫ in hortum neqꝫ in siluā clausam: neqꝫ in claustrū interius: nisi forte ꝯtingeret ex concursu populi in claustro ꝑdicari. Et tūc diligenter claudātur alie officine: vel nisi aliqua magnifica domina ꝛ excellens cū copiosa ꝛ honesta societate cā deuotionis ꝛ spūalis recreationis instāter postularet locum nrm visitare. Nullus ꝑterea ingredianť monasteria monachaꝝ quarūcūqꝫ: iuxta declarationē Gregorij noni ꝛ Nicolai tertij: q̄ declarāt: ꝙ ad monasteria sancte Clare nulli fri licet accedere: ꝑter illos qb⁹ a sede aplica ꝯcessa est licentia spālis. Ad alia aūt monasteria in locis patētib⁹ vbi cōueniūt ēt seculares: possint frēs illi accedere cā ꝑdicatiōis vel elemosyne petēdi: qb⁹ a suis superiorib⁹ ꝓ sua fuerit maturitate vel idoneitate ꝯcessum: ꝛ sic patet ꝙ ēt ad alia monasteria qꝫ sancte Clare ēt causa ꝑdicatiōis vel petēde elemosyne nō debēt ꝑlati licētiare frēs indistincte: sed illos dūtaxat mittere: de qb⁹ ex coꝝ ꝓbate ꝛ exēplari vite maturitate ꝛ idoneitate: sinistra suspitio nō sit veri oriūda simile. Ex ꝑte igiť ꝛ mandato. S. Eugenij. D. N. pp. v. viue vocis oraculo mihi facto mādato ꝛ ꝑcipio oībus ꝛ singulis frib⁹ mihi cōmissis: quatenus nullus eoꝝ ꝑsumat accedere ad qcūqꝫ monasteria nisi cū licētia vt supra ꝯcessa. Ad monasteria aūt sancte Clare nullus vnqꝫ accedat quoquo mō: nisi ꝯfessor electus ꝑ vicariū ꝛ diffinitores in loco ꝛ tēpore ꝯgregatiōis cū socio deputato. Et tam cōfessores qꝫ socij eligantur ꝛ deputentur de antiquiorib⁹ maturiorib⁹ ꝓbatiorib⁹ ꝛ exēplarioribus nostre familie: qui tali officio sint idonei. Et semel dūtaxat in mense confessiones monialium prefataꝝ audiant. Et deinde illis prebeant eucharistie sacramentuꝫ ad cratem in ecclesia expedientes se de predictis qꝫcitius poterunt bono modo: ꝛ nullatenus audiant confessiones mulierum quarumcūqꝫ non receptarum in aliquo loco de monasterijs antedictis. Et nullo vnqꝫ tēpore ingredi presumāt intra clausuram cuiusqꝫ monasterij monialiū: nisi in casu tam extreme necessitatis vel infirmitatis: ꝙ nō possit ꝯgrue euitari. Et tūc tam ꝯfessor qꝫ socius ingredientes suꝑ pelitijs induantur: ꝛ semꝑ socius assistat confessioni vt clare videat: ꝛ ꝑcipiat qcquid facit. Et si qd forte viderit alteruter vel ꝙ absit perceperit inhonestū: teneať ad meritum obediētie salutaris ꝛ sub interminatione diuini iudicij qꝫcitius poterit vicario nūciare. Qui vicarius teneatur de opportuno remedio celeriter prouidere: ꝛ frēm corrigere delinquentē. Ordino ēt disponoqꝫ: ꝙ in loco ꝛ tēpore congregationis ꝑfate ꝑ predictos vicariū ꝛ diffinitores eligať vnus notabilis: maturus: ꝛ idoneus frater: q cū ipso vicario debeat interesse visitationi monialiū predictaꝝ fiende ad crateꝫ tm̄: sine ingressu in monasteriū nisi forte esset aliqua incarcerāda: ꝛ nō eēt dispositio nisi visitator intraret ad disponendū: ꝙ si ita oportent ambo suꝑ pelitijs induantur vt supra cū oī modestia ꝛ exēplari honestate celeriter expedientes iustitiaꝫ in ꝑdictis. Alias aūt quicquid corrigibile repererint ad ꝑdictam cratem corrigant: penitentiasqꝫ iniungat: ꝛ tūc si opus fuerit dūtaxat telam a crate faciant amoueri: oī aūt alio tēpore fixa ꝑmaneat ꝛ imobilis ꝑseueret. Visitationē aūt faciāt semel in anno tm̄ cū oī bona diligētia ex timore dñi: ꝛ modestia cōdecenti successiue ꝛ expeditione celeri iuxta posse. Nullus aūt frm̄ mee cure cōmissoꝝ audeat vel ꝑsumat litteras aliquas destiare alicui moniali vel aliquas sibi destinatas recipe: nisi prius ꝑntentur vicario: ꝛ legātur ab eo ꝑntib⁹ duob⁹: vt supra. Nullusqꝫ alicui ꝑsumat offerre vel mittere aliqua munuscula vel ab aliqua recipe qcunqꝫ munuscula vel fercula: nisi forte pro infirmis: ꝛ tūc nō nisi de lnia vicarij vel guardiani in eius absentia. Nullus ēt ꝑsumat qcqꝫ laborītij recamature: vl' future: aut similiū ab aliqua moniali ꝑ se vl' ꝑ aliquo alio frē vl' seculari fieri facere vel ecōtrario ab aliqꝫ alia ꝑsona ꝓ aliqꝫ moniali aut de factis eorūdē se itromittere: nisi vicari⁹ visitator vel ꝯfessor de reb⁹ spūalib⁹ vel que ad spūalia ꝑtinēt quoquo mō. Si vo qcqꝫ occurreret ꝑ aliquē frēm necessario expediēda cum

aliqua moniali petat inde liniam a vicario: qua obtenta nõ nisi cum ꝯfessore monialiuꝫ ꝛ socio suo audientib⁹ p̄sentibus ꝛ videntib⁹ ad craté publice licitus fit accessus. Cõtrafacientes aūt vicarius acriter puniat: vt delinquentis pena ceteris etiā trāseat in exēplum. Oīa aūt supradicta de monialibus itelligo etiam extendi ad sorores terrij ordis in ꝯgregatione viuētes sub similitudine monastery regularis.

¶ De euntibus inter saracenos ꝛ alios infideles. Cap. xij.

Duodecimo circa. xij. capi. tractans de zelo martyrij cū ordinata iustitia ex charitatis feruore in ecclesiastica vnitate: vñ dicit. Quicūqꝫ frm̄ diuina ispiratiōe voluerit ire inter saracenos ꝛ alios ifideles. Satis hec verba pōderant in discretōis statera. Nā p̄mo diuina inspiratio p̄supponit ex quo: a quo sensu resultat: ꝙ nō ispirati a deo nō mittant: ꝛ ꝙ nō spōte ꝛ volūtarie se offerūt nō cogantur: iō dicit. Voluerint ire. Ergo nō volētes ire: nō sunt cōpellendi. Nō. n. tutum esset sub tanto periculo ponere renitentem ꝛ inuolūtarium ad martyriuꝫ sub obie vinculo obligare. hinc dicit. Petant ide liniam: ꝛ ne forte iordinatus feruor insurgat ad tentationem ex zelo dei siue scia: ꝛ ꝙ diuina credit ispiratio: forsan diabolica fit suggestio: ꝓhibet ne passim ꝛ idistīcte cunctis petentib⁹ lnia concedat: dicens. Ministri vo nullis eundi liniam tribuant: nisi eis quos viderit eē idoneos admittēdum. Hec aūt idoneitas attēdenda est ad vtrūqꝫ hoiem iteriorem. vꝫ. ꝛ exteriorem: vt iterius sint spū feruētes: in fide stabiles: in spe magnanimi ꝛ fortes: charitate ardētes: prudētia circūspecti: iustitia recti: ꝯstantia firmi: tēperātia modesti: humiles in reputatione: patientes in tribulatione: benigni in cōuersatione eleuati ꝛ disgregati ab oi humana ꝛ mūdana ambitiōe ꝛ totalr inflāmati in dei ac p̄rimi dilectione: vt principalr ad diuine ptātis: veritatis: ꝛ bonitatis gloriam ppalādam ꝛ p̄rimorꝫ ꝛ ifidelium salutē integrā ꝓcurādaꝫ: ad sustinēdum martyriuꝫ disponant. Sint ergo ꝓbati in regulari disciplina: ꝙ licentiant vt diligenti examinatiōe p̄cedēde: si sue rle diligētes obseruatores extiterint sub voto obie paupertatis: ꝛ castitatis in diuinis laudibus ꝛ orationib⁹ in vigilijs ꝛ ieiunijs in laborib⁹ ꝛ spūalib⁹ exercitijs quasi mortui mūdo ꝛ deo viuētes in rep̄hēhēsibili ꝛ laudabilr lōga pseuerātia floruerūt. Exterius aūt sint corpe sani ꝛ robusti: idonei ꝛ apti ad labores subeundos: ad tribulatiōes ꝛ angustias: ad verbera ꝛ ludibria ꝛ oēs aduersitates: vt victores effecti in oibus ꝛ p oia coronaꝫ glorie suscipe mereant. Eia ergo cōmilitones ꝛ frēs mei iam ꝙ in ptib⁹ infidelium ꝯuersamini: ꝗꝫ ꝙ in religione catholicorꝫ dño famulātes abiectis illecebris mūdialibus sācto desiderio ad brauiū asperitate glorie sempiterne ꝛ crucē dñi amplectētes: mūdo crucifigi elegistis: ꝛ mūdū vobis deponētes: oē pondus ꝛ circūstans nos pcm̄: cū aplo curam⁹ ad ꝓpositūꝫ nobis certamē aspicientes in auctorē fidei: ꝛ auctoreꝫ iesum: ꝙ postposito sibi gaudio sustinuit crucem ꝯfusione ꝯtempta atqꝫ in dextera dei sedet. Nam si testimonium veritatis sūme oportuit pati xp̄m: ꝛ ita itrare i gl̄iaꝫ suam: ꝛ nos pati opꝫ: vt ꝛ simul glorificemur. Existimo. n. ꝙ nō sunt ꝯdigne passiōes huius tpis ad futurā gloriā: ꝙ reuelabit i nobis. Oēs aūt sci: ꝗꝫta passi sunt tormēta: vt securi puenirēt ad palmā martyrij: alij aūt distēti sunt. Alij vo ferro pempti sunt: alij flāmis exusti: alij flagellis verberati: alij ictib⁹ psorati: alij patibulo cruciati: alij piculo pelagi expositi: alij viui decortati alij vinculis ꝛ carceribus mācipati: alij linguis priuati: alij lapidib⁹ obruti: aly frigore afflicti: alij fame cruciati: alij trūcatis manib⁹ siue cesis mēbris spectaculū ꝯtumelie in populis nudi pp nomē dñi iproperium portauerūt: alij pectinib⁹ laniati: aly dētib⁹ euulsis oreqꝫ ꝯtusi: alij bestijs traditi ferocib⁹ venenosisqꝫ serpētib⁹: alij de rupib⁹ altisqꝫ parietib⁹ p̄cipitati: alij quasi lignū p mediū secti: alij mēbratiꝫ detrūcati: alij manib⁹ eradicati: alij crucifixi: alij decapitati: alij buglienti oleo mersi: alij post terribiles equos tracti: alij sup tribulos nudi deiecti ꝓuoluti: ꝛ ex his ꝛ varijs supplicijs vel tormentis cruciati ꝓ Jesu noie: egētes angustiati: afflicti: qb⁹ dign⁹ non erat mūdus puenerūt ad regna celestia: pari ꝗ mō: p multas tribulationes opꝫ nos itrare ad regnū dei. Xp̄s. n. pro nobis passus est: ꝙ oia bona terrena ꝯtēpsit: vt ꝯtempnēda mōstraret oia terrena mala: sustinuit ad sustinēdaꝫ nos aiaret ꝛ vt nec in illis ꝗreret felicitas

licitas nec in istis timeret aduersitas. Eqdez si xps p nobis charitatis zelo morte pati voluit: fact9 p nobis obediens vsqz ad ignominiosissimā mortē crucis. Quare ergo z nos nō debem9 exire extra castra iproperiū ei9 portātes z p glia sui nois cōiqz salute mortez pati cum illo? Impfectorz est.n. Cum patientia mortiq dum desiderāt vitā istā: cū illus aduenerit dies mortis. Luctant aduersum se vt sequant volūtatez dei. Perfectorz est in patientia viuere z cū desiderio mori: qz dissolui cupiunt z esse cum xpo. Amor.n. vt dicit Diony. est vis vnitiua: pfect9 aūt dei amor pfecte iclinat amātē ad esse illud: p qd ȝhētius: z itimius: z celerius amato possit vniri: sz nihil est: q magis disponat vt celeri9 itimius spūs hois in statu mortalitatis existēs vniat immortali z ipassibili deo: qz sustinentia mortis illate pp amorem dei. Nece est q pfecte amātē id desiderare: anqz illud obtineat: z quū obtinuerit pfecte letari. Hic de aplis dr. Et ille gdē ibant gaudētes a ȝspectu ȝcilij: qm digni habiti sunt p noie iesu ȝtumeliā pati. Nō eni pōt in aliquo actu euidētius signuz pfecte charitatis ostēdi qz p amico aiam ponere siue vitā: g si deū diligim9 z dnm iesum xpm aiam nrām p ipso ponam9: qz ipse p nobis aiam posuit: qn se morti crucis exposuit: z si pximos z frēs diligim9: aiam nrām p aiabus illorz saluādis ponere nō cessem9. Ego inqt Apls: libentissime impēderem z super impēdam: ego ipse pro aiabus vestris. in hoc enim cognoscimus charitatē dei fm Joānem. Quoniā ille. s. cbristus pro nobis aiaz suā posuit: z nos debemus pro frībus aias ponere. Id enim qd pro presenti momētaneum est z leuis tribulationis nostre supra modū in sublimitatem eterne glorie pondus operat in nobis ȝtemplātib9 non que vident sz q non vnr. Que.n. vnr tpalia sunt. Que aūt nō vnr eterna sunt. Scim9 aūt qm si terrestris dom9 nra hmōi habitatōis dissoluat edificationē ex deo habem9 domū nō manufactam sed eternam in celis participātes etenim de amaritudine crucis christi gustabimus mel dis dulcedinem: sentiemus odoris suauitatem: audiemus angelorz melodias: cantabimus cuz ipsis beatissimis spiritib9: z ciues effecti supne ciuitatis bierusalez cum scis patriarchis: z pphetis aplis z euāgelistis marti rib9 z cōfessorib9 atqz virginib9 ceterisqz spūuz beatorz cetibus in mēsa sūmi regis omnipotētis dei patris z filij z spūssancti sūmeqz regimine vginis gloriosissime Marie matris dei z dn̄i nr̄i iesu christi epulantes z gaudentes in conspectu diuini vultus: exultabimus z iocūdabimur in gloria sempiterna ad quā vos z me pducat: atqz est bñdictus z laudabilis z gloriosus in secula seculorū Amen. Ualete iterum z orate pro inuicē vt saluemini: ex sacro nri ȝuētu mōtis Aluerne. 1443. die. 24. septēbris Pōt. S. D. N. Eugenij papa qrti āno tertiodecio feliciter Amē.

C N. P. G. M. in oībus partib9 cismōtanis quoad fratres de obseruātia nūcupatos imeritus vicarius generalis: hec vobis munuscula d pharetra nre pauptatis exbibens vestris orationib9 se cōmendat hortans vos omnes z singulos ad obseruantiam regularem.

C Frater Joānes supradict9 manu ppria me subscripsi: z solito feci sigillo muniri.

C Appologia z defensiorium frm minorūz de obseruātia seu de familia nūcupatorz compilatum per reuerēdum. P. fratrem Ludouicum de la turre olim eiusdem familie cismōtane vicarium gñalē dignissimū. Epla eiusdem.



Frater Ludouicus de la turre ordinis friū minorum. Regulā obseruātiuz. Apostolicus cōmissarius. Ueneradis patribus meis Uicarys puinciarum eiusdem ordinis. Salutem in salutis auctore z cōmēdationem. Hortamini imo cogitis me o Uenerādi Uicarij: vt qd de articulis nup sup nraz Eugenianā dispōnē edit fētiā: breui pcessu ediserā. Rē certe grādē postulatis. quam ne igratitudis arguar: negare nequeo: z ne ad caninos morsus me obyciam recusare popto. In hac tandem Lucta vicit amor z chartrae: noluiqz tot patres meos vana spe deludere. Feci igitur satis voto vestro: licz nō desiderio meo. Meminisci tamen debitis decere prudētez virum in agendis habere rōnem tēporis: cuius qualis nunc fore sit in velle cōmētare modum viuēdi religiosorz: regulam obseruātiuz z aliorum laxius viuētium: scitis: sz nec ego ignoro. Nā qcqd dicet qd ad veritatem regule in hac sancta obseruātia reptaz spectet: ab emulis detractiōi ascribet. Uerz qz veritas sine inuidia z

patienter: audienda est remoto liuore cordis: ideo innitendo nō ꝓprijs viribꝰ: sed dispositioni spūssancti confidenter aggrediar que iniungitis: expectans protegia lingua dolosa: clypeo orationum vestrarum. Appologiam itaqꝫ hāc breuem cōfeci. In qua pͥmo qd̄ de dictis articulis ꝓpositis sit tenendū varijs ꝯclusionibus interpretatꝰ sum. Addidi scd̄o loco: ꝯclusionem singularē: de eugeniana ꝓuisione facta. ꝑ seraphica rl̄a obseruāda. xij. veritatibus veluti: p̄ciosis lapidibus ornatam: quā liberalr̄ offero: vt plus sit datū q̄ȝ postulatū. Et vt nūero pfecto gaudeat defensorium p̄ns: tertiam ꝯtexui ptem: in qua soluit̄ qcqd ab aduersarijs sancte obseruātie obijcit̄. Accipite igit̄ p̄res mei: pro sancta vita ꝛ obseruātia vestra scriptā tuitionem: ꝛ q̄si apl̄icam cōprobationē: quā eo cariorem ꝯseruate: quo inter doctos doctissimi. Quorum noīa: ꝛ in libro vite (vt credo) ꝛ in fine huius Appologie sunt scripta: viderūt: castigarūt: ꝛ approbarunt. Pro labore aūt omnium nostrum: orationes vestras deuotas donate. ꝛ valete.

¶ Articuli vō formati sup bulla sancte memorie. D. Eugenij. iiij. pro separatione frm̄ minorum rl̄am obseruātium a ꝯuentualibꝰ. Quorum optata expositio disposuit mētem ꝛ ipulit manum: ad scribēdum: imprimēdum: ꝛ donāduȝ hanc Appologiam. hic infra ponuntur.

¶ Primus. An Uicarius generalis fratrum obseruantium: recipiat suā amplam ptātem a Mi. gn̄ali in casibus specificatis in ipso ꝑuilegio eugeniano. An autem a sūmo pōtifice per ipsum priuilegium.

¶ Secundus. In qbus consistat regimen: de quo in eodem priuilegio fit mentio.

¶ Tertius. Quomodo: ꝛ in quo casu intelligatur molestia vel ipedimentū: de qbꝰ ibidē.


¶ Quartus. An aliquas gratias facere possit ipse mister gn̄alis fribus de obseruantia.

¶ Quintꝰ. Utruȝ. G. Mi. postq̄ȝ ꝯfirmauit dcm̄ vicariū gn̄alē possit absoluē excōicatos vl̄ suspēsos frēs d̄ obseruañ. sic ipe vicariꝰ gn̄alis.

¶ Sextus. Utrum. G. M. possit citare excōmunicare: ꝛ alia facere q̄ necīa sūt ad visitationem: ꝛ correctionē: circa ipsos frēs de obſuañ.

¶ Septimus. Utrum per dictum priuilegiū. videat̄ facta diuisio inter fratres de obseruañ. ꝛ alios fratres viuentes sub ministris.

¶ Appologia pro fratribus minoribus: Regulam obseruantibus.



Cripturus breuem Appologiaȝ de obseruāda ꝛ obseruata regula a fribꝰ minoribꝰ de obseruātia nuncupatis. Ad illud prius manū apposui: qꝛ fuit pͥma occasio fandi. Et iō nulla erit legentibꝰ admiratio. Si p̄termisso ordine doctrine. Scd̄o loco ascripsi: qd̄ in capite libri ponēdum erat. Oblatis nāqꝫ mihi pͥmissis articulis ꝛ vigilia triū noctiuȝ declaratis: non gescebat spūs meus. Si veritas subiecte materie ad pfectum nō deduceret̄. Et sic scd̄ā q̄dam violētia: scd̄am ꝛ tertiam preȝ supaddidi: qꝛ q nescit impfectuȝ deꝰ h̄ suggessit de quo magnā mihi fidem facit: qꝛ spacio breuissimo dierum totum p̄ns terminaui defensorium: nec mirū tn̄: cuȝ spūssci grā nesciat tarda molimina. Testis est deus būdictus: q̄ dum attēderem cōmētationi istorum articulorum. Sepe ad mēteȝ venerat illō Chryso. in. c. nolite timere. ij. q. iij. di. q̄ ꝓditor est v̄itatis tam qui loqtur mēdatiuȝ q̄ȝ q nō libere veritatē ꝓnūciat: quā ꝓnūciare ꝛ defendere tenet̄. Quare ex zelo ꝛ amore veritatis vite in hac scā obſuātia repte: ꝛ ne sceleris redarguar si qd̄ ispirauit deꝰ scilētio trāsiero: multas veritates pͥmis declaratiōibꝰ ꝯtexui: ꝛ supna illustratione ꝯsisus qcqd hmōi veritati vite ꝯtrarium vr̄ clarissimis rōnibꝰ dissolui. Nunc tandem ad expōnem articulorum pͥmissorum ꝛ primo articuli primi manum porrigo. Pro cuius notitia ponunt̄ īfrascripte conclusiones.

¶ Expositio primi articuli pͥncipalis.

Prima cōclusio. Uicarius gn̄alis frm̄ minorum de obſuātia a nullo istituit̄. pbat̄. qꝛ nō a papa nec a Mi. gn̄ali. ergo a nullo: pȝ ꝯn̄tia. qꝛ Institutio hec nō pōt eē nisi ab aliquo istorum. Antecedēs lēt pȝ. Tuȝ facto: qꝛ excepta pͥma istitutioñ. btī Ioā. de capistrano: nulla alia legit̄ istitutio talis. Tum ex ꝑuilegio Eugenij. In quo ponit̄ modus pͥficiendi ipm vicarium gn̄alem: q nō est p istitutionē vel ꝓuisionē: ȝ ꝛc̄. Ex qua ꝯne seqt̄ q̄ ipe vicariꝰ generalis pͥsidet in suo vicariatu p electiōem cuȝ

non sint alij modi ad aliquem pfici in platum alicui9 ꝯgregatiōis nisi aut p supiorꝭ puisionē vel istitutionē: aut p electiōem vt notat bene a doctorib9 in titulis de postu. pla. ꝛ de elect. Sequit ēt ꝙ in hac familia nr̄a de obsuātia ꝯcessa est canonica electio. Et canonicā dico nō solū q: nō ꝯtra sacris regulis canonū: p quo videat Inno. in. c. ꝙ sicut. de elec. vbi ponit qn̄ electio est canonica. Sʒ ēt q: nihil deficiat in electionī bus factis in ipa de reqsitis ad electionē cano. Et h̄ certe ꝯuenīēter fcm̄ est q: cū ipse. V. G. frm̄ de obsuan̄. sit platus ordinarius: eo ꝙ hʒ iurisdi. ēt in foro ꝯtentioso: p quā aliqs est platus stricto mō: vt bn̄. notat panor. in. c. cum ab ecclesiaꝝ de offi. ordi. q̄ñ erat nece: ꝙ non esset institutus: sʒ magis elect9: q: vt ipse panor. post Inno. in. d. c. dicit. Iurisditio alicui9 in religiosos: est qn̄ eligit ab vniuersitate vel collegio: ꝛ quar: vide ibi. Et iō oportunū fuit ꝙ in tanta obseruan̄. ꝛ tam magna vniuersitate ꝛ collegio esset nō istitutio sʒ electio plati. Pro his quoꝙ videat Inno. in. d. c. cū ab ecclīaꝝ vbi ponit varios modos: qb9 iurisditio trāsit in aliquem sup aliqd collegiū: q: bn̄. Seqt tertio ꝙ ex hoc ꝙ olim magister Antonius de Ruschonib9 in hoc ordie mister gn̄alis istituit in pn̄9 diuisionis familie obseruan̄. a ꝯuentualib9: duos vicarios gn̄ales: vnū cismōtanum: ꝛ alium vltramontanū vt pʒ in eadē bulla: non pōt iferri ꝙ oēs alij vicarij gn̄ales ita istituantur vel istitui debeant: sicut nō seqtur. Xp̄s vel papa instituit pmū gn̄alē hui9 ordis fcm̄ Fran. q: in pma pūidentia sui gn̄alat9 nō fuit ab aliquo elect9. ergo oēs alij gn̄ales sic instituunt. Et in hoc multi ꝯuētualium decipiunt: qui optant libertatem sup frēs de obsuantia: quā viderent hēre: si istitutio vicarioꝝ puincialiū eēt a mistris puincialib9. Et vicarij gn̄alis a mistro gn̄ali. Ideo in lr̄is ꝯfirmationū: qn̄qꝫ vtunt termino vel vocabulo istitutiōis: qd nō est tolerādū a frībus de obseruan̄. cū sit falsū ꝙ istituant. In pn̄i dispositiōn. ꝛ aliqli segregatiōe obseruan̄. a ꝯuentualib9: cū multiplex ꝛ vari9 modus fuisset qsitus ꝛ expertus: ꝛ tandē ordinat9 ꝛ accepta tus iste: que nūc vtimur vt pʒ ex tenore ipsius eugeniane bulle nō potuit statī pfici vicarius ge. p electionē. Iō fuit necesse ipm imediate ab aliquo istitui. Et viso ꝙ bn̄ succedebat paci ꝛ quieti spūali. Fratrum zelātium obseruan̄. regule: pyssimus pastor ꝛ rector oiū fideliū Eugenius: p puilegium an̄dictum ordinauit ꝛ statuit in posteꝝ regimen familie obseruan̄. fieri ꝛ eē debere p vnū vicariū. g. eligendū p vicarios prouinciales ꝛ non amplius instituendō. Pro dictis autem huius conclusionis.

¶ Nota ꝙ collegium ecclīasticum hʒ de iure cōi eligere sibi platū. Ita ꝙ qcūqꝫ alr adept9 illā platuram: est expellēdus. vt notat in. c. j. de elec. Nec ꝯsuetudo in ꝯtrarium valet. c. cū terra. eo. ti. Ita ꝙ puisio eccl̄ie collegiate non pōt ab aliquo citra papā fieri nisi p electionē: imo siqs est adeptus ecclīam p aliā viam q̄ꝫ p electionē psumit ꝙ p ambitionē habuerit ꝛ cupiditatē: vt pʒ p not. eo. c. j. d̄ elec. Et vide gl. ibi q̄ ponit: ꝙ duo sufficiūt ad ꝯgregationē: ꝛ tres reqrunt ad collegiū. Si ergo p collegio platus eligit ꝛ nō puidet: nisi ad supiorem sit deuoluta auctas eligētium: ex eoꝝ defectu. vt in. c. ne pro defectu de elec. Et collegium resultat ex tā paruo numero: nō erat certe ꝯueniens: ꝙ tāte multitudini frm̄ obseruan̄. platus istitueret vl ꝯuideret: sʒ bn̄ ꝙ eligeret: vt ēt dicam in ꝯclusione seqnti: ꝛ in tertia pte hui9 Appologie in rn̄sion̄. obiectionis sexte. q̄re ꝛc. Et p hoc ēt facit. c. ad hec. de offi. Archi. vbi hr̄ ꝙ cōe exercens offm̄ est cōiter eligendus. Et ad illud qd dcm̄ est: ꝙ magr Antonius de ruscōibus instituit: ergo sic eēt bonū nūc instituere. Iā rn̄sū est. Rn̄ pro rn̄sione ꝯfirmāda facit qd dicit Aug. ad Bonifa. comitem. ꝛ hr̄ in. c. si eccl̄ia. xxiij. q. iiij. in fi. ꝙ oia debēt ꝯuenire suis tpib9. Et illud aliud. ꝯcorda tpa ꝛ ꝯcordabis scripturas. ij. q. j. c. si peccauerit. Et iō vnum cōuenit vno tpe: qd discōuenit alio tpe. Vide illud. c. si eccl̄ia. cū glo. Et tādē in nr̄o pposito dicat: ꝙ in pmitiua obseruan̄. tpe sepationis obseruantium a ꝯuētualibus: fuit expediēs institutio vicarij gene. que nūc esset nostra destructio: sicut electio eiusdem est nostra salus. igitur ꝛc.

¶ Scd̄a ꝯclusio. Auctoritas illa ampla vica. ge. de qua in pmisso articulo nō est pcise vel solum a pōtifice: probat. Auctoritas vel iurisditio que ad hoc ꝙ valeat hʒ aliquā dependentiam ab aliquo q̄ꝫ a pōtifice non est precise nec solum ab ipso pontifice. Sed auctoritas vicarij ge. est huiusmodi. ergo ꝛc. pʒ ꝯña cū minori:

